

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

# Martini Theo

DORICI BELLOVACI EPI-  
grammata; Ad. R. Odonem Collignium,  
Cardinalem Castillioneum, Archiepiscopū  
Tholosanum, Episcopum & Comitem Bel-  
louacensem.

*Accessit liber cuius titulus Leander.*

PARISIIS

*Apud Hieronymum Gormontium, via  
Iacobea sub signo trium coronarum.*

1 5 3 9



Ad sacratissimam Virginem presentis  
opusculi commendatio.



A L V E sideroi Mater veneranda Te  
nantis

Omnia gestantem quæ imperiosa  
geris,

Salve virgineo semper celebranda de-

core,

Cui pater æternus cuncta subesse dedit  
Quæ regnum cæleste tenes, terramque gubernas  
Astraque diuino plena fauore regis,  
Cui cessit Neptunus aquas, quam Pluto tremiscit  
Et paret furæ turba cruenta Stigis,  
Quæ summum ignaris præbes Heliconæ videre  
Atque haurire sacro pocula fonte facis.  
Implue nectareos imbres, minimoque clienti  
Intende, & coeptis obsequiosa faue.  
Nostra procellosos tumidi subitura rotatus  
Aequoris, Ambiguum Cymba pauescit iter  
Aeolio resonant demissi carcere venti  
Exundat sæuis Lethis iniqua vadis  
Ecce fluentisonum scyllæi vorticis amnem  
Intrat, & vndiugo fluctuat acta Mari:  
Nauigat exili Neptunia flumina Lembo  
Castalios fugiens parua thalia sinus.  
Quam nisi velifero penetrantem in littora cursu  
Conducas, subitis mersa peribit aquis.  
Aspires igitur timide mea gloria puppi  
Conserues rapidis lythea fracta notis,  
Te duce commotos tranabit missila fluctus;

# EPIGRAMMATA

Quæ situmque petet tuta Carinna locum  
Paraclesis Christi qua exhortatur hominē  
ut sibi compatiatur.

Suspice regnantis lethalia vulnera Christi  
O homo marmaricis sæuior ipse feris.  
Cerne salutiferæ mœrentia pectora matris,  
Atque euangelici tristia corda viri  
Te mea mors feriat, promissæ causa salutis,  
Quæ valido motu cuncta creata ciuit.  
Ecce sub indigno merfit sua lumina vultu  
Abstulit & rutilus mœstus Apollo faces.  
Infremuit tellus magno collisa fragore.  
Maximus excussit scrupæ saxa tremor.  
Examine patulo reſerarunt ore sepulchra  
Diuisa, & templi vela fuere sacri  
Proh dolor, auertis faciem? quid plura morabor?  
Te ne satis facilem tanta flagella trahant?  
Tanta flagella trahant, nullo commissa reatu.  
Sed foret exhausto crimine pura phisis  
Eya age, clara dies instat, cito desine corpus  
Ponderaque optatæ suffer amara crucis  
Et genitus diffunde pios, emitte sonantes  
Ploratus, meritis congrua dona dabo.  
Raptus ad æthereos illic spaciaberis Axes  
Ibit & astriferis lætior umbra polis.

Ad Odonem Collignum, cardinalem Castil  
lioneum, Archiepiscopum Tholosanum, Epi-  
scopum & Comitem Bellouacensem.  
Aggredior reuerende numa, & sanctissime præsul  
Difficilem digitis sollicitare Chelim  
scilicet ex antris stridentem gutture rauco

MARTINI BELLO, 3

Indicat Euterpen delius esse sacer,  
 At tua Calliope grandi reboanda cothurno,  
 Et semper variis commemoranda sonis.  
 Hanc placido excipiet (spes est certissima) vultu,  
 Exceptamque suo nutriet illa sinu.  
 Nutritam asperget profuso Nectare lotam  
 Permittet, domibus vivere in Aoniis  
 Cuius ab ore fluent grato gratissima verba,  
 Qualia gratanter musula nostra canet,  
 Id primæ officium, reliquas ardere sorores,  
 Estque aliud, Nymphæ mutua sumpta dare.  
 Proferet æterno celebrandaq; nomine laudes,  
 Et Phæbo referet, prosperiore decus  
 In insolentem & gloriosum.  
 Alta quid immenso celebras monimenta boatus  
 Et tua perlustri nomina laude refers?  
 Quidque triumphales resonanti pectine fastos?  
 Quidque sacros ortus pandis inane lutum?  
 Desine pulueræas id hæc imitantia nubes,  
 Vana fluunt casu præcipitata breui.  
 Erue secretis abscondita sensa latebris,  
 Et memori proprium mente reuolue genus.  
 Conde animo gracili (rogito) mortalia charus  
 Formauit quali semine corda parens.  
 Ardua tenarum deflectes culmina monstri,  
 Depones frontis vitæ supercilium.  
 Nec crudele bibes rabiosa fauce venenum,  
 Illius At semper potio Nectar erit.  
 Vesperis Ambrosia foelici, quam tulit astro,  
 Et quæm produxit notio vera sui  
 Euohe (Cui fallax induxit somnia Morpheus)  
 d.iii.

## EPIGRAMMATA

Nexuit erroris vincula stricta Plato.  
 Neutiquam horridicæ visurum limina mortis  
 Proclamans hominem, nec sua iura pati.  
 Et magna ingeminans cælestis origine ductum  
 Excelsique Dei prospice quale sophos.  
 Natus es ex Coeno, luteaque palude creatus,  
 Viâmus his titulis, & Lenus umbra sumus  
 Iam Lenus umbra sumus, nulla reuocabilis arte,  
 Pendula dum Lachesis fila secavit atrox.  
 Pomposos igitur veloci desere fastus  
 Impulsu, & trepida comprime labra manu.  
 Mitia discè loquâ sapienti verba palato,  
 Inficit illustres lingua petulia viros  
 Certa sequi properes, querulo neu crede Platoni,  
 Si cupis Aequoreas radere tutus aquas.  
 Diceret hoc equidem pictura insignis Apelles  
 Extollens Veneris grandia cœpta suæ.  
 Concipe sollicito motus rationis amore,  
 Vt tumor abscedat, quæ modo scripta velim;  
 Te genuit spurco circumlita gutta liquore,  
 Composuit vultus fœda Libido tuos;

In Eundem.

Elatus nimio tumesce fastu,  
 Et sis perpetuo superbus æuo,  
 Te magnus genuit pater deorum  
 Est Iuno genitrix acerbâ nunquam,  
 At semper facili benigna vultu  
 Sic tu sanguine crederis superno:  
 Natus, stelliferis locandus astris.  
 Post tam grandia factaque gerenda  
 Sumpstisti, minus sed vnde fluxit

Sermo, Continuo geris labore.  
 Iphis nota viris, & id referre  
 Primum debueram, deis supernis:  
 Iam cælum rutilans gradu citato  
 Tendas, corporea neque adgrauatus  
 Mole, hæc debita præparantur alto  
 Diuinæ sobolis tibi parenti:  
 Immortalis es ergo, nil moreris  
 Vixisti satis occupatus, adde  
 Curam præcipitem, nouum experiri  
 Orbem sidereum, (hei) fatentur omneis  
 Et dicto stabilitenent repandunt,  
 Humano genitum patre, indecenter  
 Captum diuitiis, velut cicuta:  
 Nec parcentem animæ, quid ista tollis?  
 Occumbes subito, & necis cruenta  
 Passus vulnera, tu videbis Orcum.

In Linguacem.

Quicquid effundis miserande Linguæ,  
 Et dentes acuis tuos.  
 Vt meum nomen laceres frequenter,  
 Et famam comedas bonam.  
 Nil facis? dictum subito refellam,  
 Ac forte obiiciam scelus  
 Ergo dinosce interea subesse  
 Linguae vipereo malo:  
 Scilicet ferro est homini bidente  
 Scutum sermo potentius,  
 Vnde conserues benedicta semper,  
 Et sacro foueas sinu:  
 Vnde postponas male dicta semper,

## EPIGRAMMATA

Et nulli referas viro  
 Si tamen contra reputes gerendum  
 Certandum quoque crimine.  
 Iam scias tota violentiam vi  
 Omnem posse repellere.  
 Ille supremus clypeum creato  
 Vnicuique Deus dedit.  
 Præpetem solis auibus volatum.  
 Robur forte leonibus.  
 Cornua & tauris tribuit Verendis.  
 Et parvæ stimulos api  
 At mihi (vt cunctis) minimo virorum,  
 Verbum pro clypeo datum est:  
 In Cupidinem.  
 Cur mea tam grauitè tentas pinnate Cupido?  
 Vre flammiumis viscera tosta rogis  
 Credis Achilleo in curru retulisse Tropheum,  
 Et valida victum continuisse manu,  
 Quod nullus profit contra tua spicula Chyron,  
 Quodque salutiferam denegat omnis opem,  
 Fallere, & immisso per furuida tempora furo  
 Vaniloque Circes delinīs Aethiopem.  
 Migrabo ad dulces pernice volamine Musas  
 Optima sunt blandæ pharmaca Pierides,  
 De Mnemosine & Sappho.  
 Musarum mater cum vocem audiret amænè  
 Dulcisonam, Sapphus protinus erubuit  
 Indoluitque sacris decimam superesse poetis,  
 Ne turpi scateat turba nouena situ.  
 Hæc Sappho indignata videns, suppressit ab alto  
 Concentu eloquium, mellifluumque Melos

# MARTINI BELLO

5

Nec verita audaci protendere labra palato  
 Euomuit similes turbida facta logos,  
 Desine triftari, non est lachrymabile quicquam,  
 Egioci refero maxima dona Iouis,  
 Quod si mortales diuū me munere laudant  
 Cum reliquis tua inest gloria Mnemosine,  
 Altiloquo vati memori splendescere sensu  
 Congruit, hinc Musas quisque poeta colit  
 Veneris luctus super morte Domidis  
 Exosa est tellus, subolet mihi fulgidus æther  
 Nec Cyprii tangunt festa diurna loci  
 En noster discinctus apro decessit Adonis  
 Candida lux perijt, deliciæ que meæ  
 Flete omneis mecum, & lachrymas effundite, Martem  
 Nouerat imbellis vincere sanguineum  
 In Venerem Ne defleat  
 Luctifici abscedant fletus, Triftesque querelæ  
 Fædari gemitu dedecet ora deam  
 Ad Gul. Budæum libellorum supplicum, in  
 Regia Magistrum.  
 Victa filet Pallas, mutescit victus Apollo,  
 Obstupet Aonii quæque camæna laris  
 Quis tua magniloquo valeat protendere cantu  
 Facta? quis immensum commemorare decus?  
 Ecquis inaudita poterit prædicere Musa?  
 Tale sophos semper dicere quale soles?  
 Nemo, vel æthereo plusquam donatus honore,  
 Ceu fuerit summus Iupiter, aut alius.  
 Si tacuisse Iouem certum sit, lingue secundum  
 Budæum, cunctos exuperare canas  
 Cui cessere deæ, cui dius cessit, & ipse

## EPIGRAMMATA

Cui ce sit mixtis doctus Apollo deis.  
 Vtere dum fortuna viget maioribus ausis,  
 Vnicus elisas iure tenebis opes  
 Ecce vacans celebri libethria præside tellus,  
 Venturum expectat numen adesse suum.  
 Quid moror? an referam quæ sunt amplissima fastis  
 Facta tuis? Et quæ lucidiora micant?  
 Iamque timet Iuno, vultu Et pallente pauescit,  
 Ne rapias supero sceptræ superba patri,  
 Viue igitur foelix claro tua viuit in axe  
 Golria, terrenis nec minor illa plagis.  
 At quoniam rigidæ fatorum auertere leges  
 Nemo potest, propria carne solutus eris  
 Ergo vbi supremæ cum venerit hora senectæ,  
 Impuleritque suam parca scæuera manum,  
 Tuta tibi liquido seruabitur æthere sedes.  
 Et morem iussis cælica turba geret.  
 Querimonia ouis lupum Lactantis  
 Quæ me insana premit duro fortuna labore?  
 Quæ miseros artus anxia pena terit?  
 Sim ne ouis ancipiti fluitat mens obruta sensu  
 Quàm melius minimæ nomen inesset apīs  
 Tum inuat immitti languentia corpora fato,  
 Cedere multiingis libera vulneribus.  
 Eho absit furor iste, lubens iam consulo votis,  
 Præfertur morti vita molesta feræ.  
 Hac iter est facili peragendum tramite, quamvis  
 Exiguas vires pondera tanta grauent  
 Ne tamen implicito videar traducere filo  
 Materiam, speculum conspiciote meum,  
 En inuita lupum propriis enutrio mammis

MARTINI BELLO. 6

Sed me pastoris compulit improbitas  
 Hic gerit intortum baculum sua pera dolosa est,  
 Et facies toruis sæpe reflexa oculis.  
 Hicque lychaonio maculatus crimine, totum  
 Errare ignotis linquit ouile viis.  
 Non illi philomela placet, Non dulcis arundo,  
 Non tristes curas candida Musa leuat.  
 Fortidus obstructo cuius mutescit hylactor  
 Ore mrgis nostro Pamphagus arbitrio.  
 Interea argentem quassum cruciatibus atris  
 Pectus, in hoc causam carmine quisque legat  
 Scilicet ille auctus contra me bestia sæua  
 Rursus erit, dicam (credite) vera loquar  
 Vix mutare potest naturam gratia, namque  
 Conciliat nullos gratia facta lupos  
 Elegia Iacobi Belnei.  
 Hic locus infanda maculatus cæde virorum  
 Fordifrage ostentat sortis abesse fidem,  
 Qua duce sidereum fateor, super Aethera vectus,  
 Penè alto rapui sceptrà superba Ioui,  
 Subdita cælicolum mandatis turba verendis  
 Horrebat vultus sæpe repulsa meos  
 Omnia solus eram, votis quodcunque sedebat.  
 Sulcabat celeri littora tuta rate  
 Me tamen euersum, & casu perterritum acerbo  
 Calcauit duro fors violenta pede.  
 Et miserum dedit exitium, nam mollia torto  
 Oppressit lictor guttura funeferus.  
 Euohe commissum patefacto lumine crimen  
 Fecit Alexandrum qui modo clytus eram  
 Fidite terrarum dominis, iam maxima vobis

## EPIGRAMMATA

Præmia conseruant qualia forte patri  
Fidite, fidendum est dum non tentetis iniqua  
Nam sequitur fontes debita poena viros

Alia Eiusdem

Iam sat: illa diu facili Rhamnusia fronte  
Vbera præbuerat turgida lacte nouo  
Quodque magis blanda sit dignum laude triumphos  
Insignes nostro cesserat imperio

Nec sua præsaga valui discernere mente  
Facta repentinis mobilia notis

At vero picea obductus caligine fidam  
Speravi comitem, Vech inimica fuit  
Scilicet extremo longæque tempore vitæ

Porrexit laqueum, dona sæuera nimis,  
Credula fortune quem spes depascit inanis  
Euentus dubios (discite semper habet.

Hactenus implestem fragiles feliciter annos  
Virtuti poteram credere, non Nemesi,

Epitaphium Eiusdem

Splendida cui nimio placuit Basilea paratu  
Huic dedit infandos fors habitare Lares

Comploratio filii superstitis

Occubuit genitorum, dura est sententia) fratris,

Quem dudum præiit tristior vmbra mei  
Num scelus hoc potuit quouis reparari ætate,  
Dissimilis rapuit mors tamen vna duos

Nec tantis satiata malis fortuna quieuit  
Quoniam foret in proprium mox Ruitura caput  
Exilio turpi damnauit, dedecus omne.

Effecit patrii (Proh dolor) esse soli  
Flebilis interea querulo resonare boatu.

MARTINI BELLO. 7

Cogor, & inuisam sollicitare Chelim  
 Blesia Francorum quondam domus ardua Regum  
 Protulit infaustos terra misella viros  
 De alio carceribus mancipato  
 Si Macer attranti detentus carcere piolet  
 Et metuat rabida spicula dira necis  
 Quis dubitat, tenuant inuisa ergastula captum  
 Macrescit phalaris conscius ipse sua  
 Fortior & causa est, oculis quam nouit apertis  
 Pungentem telo languida corda truci  
 Belneus huic speculum, qui iam speculatus in illo  
 Autumat excelsæ fata subire crucis  
 Nil mirum calido careant si sanguine vultus,  
 Pallentes reddit Mors furibunda viros  
 In Medicum insulsum & garrulum  
 Quid tangis venas salientes sanguine nullo  
 Artem etenim pulsus nesciit Hippocrates  
 Hic latera & frontem solum palpabat, amaram  
 Stringebat linguam, pharmana grata dabat  
 Tu nihil antidoti confers, Sermonibus aures  
 Obtundis, morbum garrulitate premis ..  
 Et Reparas alium, Sic vox certissima, prau  
 Complures medici perdidit introitus  
 Ad Io. Marquisium.  
 Te licet excelsum preciosa scientia monstret.  
 Et largo ostendat munere mirificum  
 Vt nullo indigeas florescens dogmate Castor  
 Nec doctrina in te vendicet vlla locum  
 Attamen officium vigilantis nactus amici  
 A Phœbo volui conciliare Chelim  
 Propulsare aures plectro leuiore benignos

# EPIGRAMMATA

Et pia veridicis corda ferire sonis  
 Scilicet in propriis delirat rebus Vlysses  
 Nec sapit offensus fluctibus Aequoreis  
 Ergo age consilio, placidos exporrigere vultus  
 Non nisi odoratus Cinnama pura fero,  
 Sperne voluptates, diuinum agnosce Tonantem  
 Gravior est summo mens adaperita Ioui.  
 Hæc tria præcipiti stigius inuisere sedes  
 Efficiunt cursu, balnea, vina, Venus  
 Deliciosa nocent calefacto balnea cordi:  
 Sed prodest animæ mundificare scelus.  
 Immutant sensus mollissima vina serenos  
 Quos modo conseruat viuida sobrietas.  
 Abdicat à superis homine cytherea misellos  
 Deuorat & vitam perniciofa venus  
 Ad Dionysium patinum suum Nepotem  
 Excellens decus, & iubar choruscum  
 Facunde Aonidum nepos sororum  
 Mellito veniens ab ore carmen  
 Suscepi, excipias manu Mineruæ,  
 Et vultu placido Dei regentis  
 ( Si vera occinât poeta graius )  
 Nympharum celebres choros, & amplas  
 Sacræ Mnemosines domos, libellum  
 Splendentem triplici ducis triumpho  
 Francisci, interea vt sciamus esse  
 Multo leticiam dolore mixtam,  
 Atque huius comitem fuisse toto  
 Aevo tristitiam seueriorem,  
 Pressum funere flebili duorum,  
 Sin quamquam absimilis tuo cothurno

Nec possim meritas referre grates  
 Votum suscipies tui parentis  
 Gratarum mihi gratiores N' usa:  
 Grate tur tibi gratiores Phœbo  
 Cui parent clarius parensque Pallas  
 Et donet studio serenior  
 Congestis opibus Mideque censu  
 Omneis vincere seculi poetas.

Ad Petrum darium

Depingam proprio colore quendam  
 Scribis morosophum, Tame si ineptus  
 Sit plusquam Ardelio, uelim thaliam  
 Dinoscas facilem, modos sequentes  
 Ut voto faciam satis, referre,  
 Hic suffenus erit mihi catulli,  
 Et marsi Attalus, omnium peritus  
 Rerum, ut licet omnium imperitus:

In Morosophum

Doctus es ignarus cum sis, quid stulta vocari  
 Vis sophus, heu fallor, nescius ipse sapis  
 Nonne tui oblitus cælum meditaris Et astra.  
 Desipis, insipidum te tua facta probant.

In eundem.

Doctior es Phœbo, Dicis, laudatior ipsa.

Pallade, mentiris, stultior es stolido

Socratis speculum

Natus ego maia, Et fabro genitore peregi  
 Phidiaca Charitum corpora ficta manus  
 Tum demum sophiæ insudans doctoris adhæsi  
 Clazomeni dictis, optima quæque scii  
 Extera regna adii sapientia notior esset

## EPIGRAMMATA

Pauperior didici, ditior edocui  
 Erudii multos quorum fons euocor alto  
 Nomine, diffundens flumina Niliacæ  
 Prospera vultu vno, & contraria ferre paratus  
 Fortior, Ac cunctis Aequior ipse fui  
 Nec nostrum horrendo Muliebria prælia motu  
 Mutarunt animum, consimilesque genas  
 Scilicet vxoris solitus ridere cachinno  
 Xantippes querulæ scommata sæua tuli,  
 Vt magis hancce domi tolerans rixarier omneis  
 Iurgantes paterer turbidiore foro  
 Postremum inuidia tenuati carcere tetro  
 Exhaust vitæ dira cicuta leuem

Aliud Aesopi.

Naturam euicit Nemesis, cum liber adessem  
 Protinus inuisa conditione grauior,  
 Reddidit hæc seruum verum præsentia voluens  
 Nescio quem stimulem deteriore nota  
 Deformem genuit, quo non deformior alter  
 Extitit, Illa viden munera quanta dedit  
 Concessit capiti fastigia acuta, reliquit  
 Elatas nares, Pressaque colla nimis.  
 Nec satis, in vultu protensa labella locauit  
 Hinc asininae aures prosiliere Mide  
 Et quanuis Phrigio deductus ab orbe fuisset  
 Aethiopis nigro est tradita forma mihi  
 Quidquerar infausto dicor sub sidere natus  
 Sæuiit in corpus quæque cruenta meum  
 Ostendit male fida suos fortuna Rotatus  
 Impulit & rabidam sustinuisse famem  
 Ergo repentinæ concussus vulnere mortis

MARTINI BELLO.

9

Permissi horribiles membra vorare ferat.  
 Sic fuscata geram piceo vexilla colore  
 Et duo languidula carmina voce canam  
 Me simul effecit nunc vita, morte, figura,  
 Iuncta physi, miserum flagitiosa tychæ  
 Responsum Apollinis Millefii  
 Consulât Phœbum tactus merore Polites  
 Et patris indigne funera sæua ferens  
 Illius an maneat post mortem sanctior vmbra  
 An vero exangu corpore depereat  
 Qui responsa dedit, nullus circumstrepat horror  
 Territet & mentes vanaque corda timor  
 Corporeis vinculis quoad vsque ligata tenetur  
 Persentit stimulo dura flagella graui  
 Et varios patitur motus, ceditque dolori.  
 Humano, infandum cerne satellitium  
 Singultus, morbos, poenas, ludibria, pestes  
 Esuriem, casus, frigora, tristitias  
 Mox egressa datis leuiori flamine claustris  
 In sedes reuolat clarificata suas  
 Peplo immortalis dotata semile recusaris  
 Excidium, eterno tempore læta manet  
 Illic verus amor, Panace diuina voluntas  
 Dulcisoni cantus, Nectar & Ambrosia  
 Sic rerum dominus statuit, cui maxima virtus  
 Et tota Aethereæ gloria sedis inest.  
 Cræsus apud inferos Diogenem alloquitur  
 Heus vbi Diogenes tectum versatile pera  
 Pendula, claua rudis, trita Lacerna, Silen  
 Quenam vestibula accedis? quæ opsonia mandu?  
 Quis ve tuum illustrat clatus Apollō caput?

B.ii.

# EPIGRAMMATA

Quas habitas sedes? quali cruciatus ab igne  
 Tristari? quali lumina fronte geris?  
 Fare age, quid prodest animi sapientia mundo;  
 Vix nota. & stigiis interitura locis.  
 An rabidum ingenio potuisti vincere fatum?  
 Et deus arduos vsque volare polos?  
 Contigit aduerso in terris occumbere Marte,  
 Indicat euentum præuia causa rei  
 Ad sumus æquales, nam te mors impia cepit  
 Quaduce tartareas incolit umbra domos  
 Nec me consimili traiectum vulnere mortis  
 Ille triceps cessat prehendere dente canis  
 Nil modo diuitiæ præstant, nil turpis egestas;  
 Defunctis vnum est omnibus ingenium  
 Perpetimur tremuli rictus, opprobria, flammæ,  
 Horrenda æterno tempore supplicia.  
 Iurgia, ploratus iras, tormenta, dolores,  
 Si sapias hæc, sapias, Diogenes cinice.  
 Ad Petrum lisetium, Parisii senatus primum  
 præsidem  
 Hæc tua multiingis præses redimita smaragdus  
 Doxa relucescit, lucida conspicitur  
 Quod nullis faueas, verum libramine iusto  
 Irim cum cresco dirigis, & trutinas  
 Lætare, & semper meliori gaude triumpho  
 Censorem iniustum iudicat ille deus  
 Ad Io. Richerium  
 Te quanquam merito Pollux adamande canina  
 Efficiat ditem litera dempta bonum  
 Et quanquam (expelli stimulante solone canonas)  
 Subiaciat Veneri foemina casta pie

MARTINI BELLO 17 16

Nontamen attalico turgescant corpora luxu,

Non auri insanus corda fatiget amor.

Libertatem animi non flectat sordida cura,

Non turbet mentem fœda libido tuam.

Huc illuc agitata, graui & concussa tumultu,

Subiicitur rapidis vitæ pusilla notis.

Prospera sed virtus firmato cardine perstat,

Quæ duce pro voto grande subibis opus,

Vis scire, heu præstans musarum dicere miles)

Vbere quem pavit Melpomeneæ suo

Vna charibdeum virtus enare profundum

Radere scylleos præualet vna sinus

Impia quam nullo rapiet Fortuna rotatu,

Versabit dubia, nec malefida vice

Hanc cole, diuersas infracto pectore sortes

Contemnens, viues omnibus integrior

Ceu foras te teneant muliebria iurgia, nati

Socraticum quemuis officiosus ages

Hanc cole littoreos ibit tua Cymba per amnes

Præbebit faciles Doris amica vias

Hanc cole, dum infrendens præcocia stamina Clothæ

Ruperit æternus sidera celsa petes

Psalmi cxi Paraphrasis Ad Claudium

Boleueum

Optas egregie & diserte claudi,

ipsam psalmdici vt Chelim propheta

Contingam, & resonis virum timentem

Vnum carminibus deum repandam,

Non à me capiet, sed inde aperto

Quid vates sacri occinat videbis;

Fœlicem & placido refert beatum

B.iii

# EPIGRAMMATA

illum munere qui deum timeſcit  
 Rectorem ac dominum omnium potentem:  
 Cuius iuſſa ſequentis ampliore  
 Auctum ſemen erit penu, atque honore;  
 Virtutis cumulo nitebit, altum.  
 Et vitæ ſtadio bonæ peracto;  
 Aurati repetet poli cacumen;  
 Rectorum generoſior propago  
 An ne ultra cupias lyram ſonare  
 Mixtim comperiantur hæ ſorores  
 Doxa & diuitiæ, in domo timentis  
 Factorem ac dominum omnium, timentis  
 Aſtræ meritò manente ſemper)  
 Puræ gloria conſcientiæ ingens.  
 Theſaurusque aretes ſacræ chorus æans  
 An ne ultra cupias lyram ſonare  
 Nobis, quos tenebræ tenebricoſæ  
 Velabant ſcælerum nefandiorum  
 His pulſis, deus ex deo creante  
 Exorta altitonans ſerena lux eſt  
 In quem corda virum per ælimum amorens  
 Tendunt, cui proprium piare culpam,  
 Et ſemper miſereſcere, eſt voluntas.  
 An ne ultra cupias lyram ſonare  
 Colletatur homo pius, benignus  
 Querenti auxilium exhibens fauorem  
 Et nummos tribuens egenti egeno  
 Diſponitque logos fidelis ille  
 Magno in iudicio queat tonanti.  
 Verbum reddere, competens procellis  
 Nec commotus erit tranſultuoſis

MARTINI BELLO. II

Quam vero dicæos canendus euo  
 Aeterno, haud metuet tremendi Iesus  
 Vocem terrificam, sedens choruscum:  
 Diuinæ sophiæ super tribunal.  
 Agnos dum dirimet, Nigris ab hædis.  
 An ne ultra cupias lyram sonare  
 Cor iusti in domino Deo paratum est  
 Sperare, Illecebris malorum abactis,  
 Confirmatur enim bonarum aducta  
 Virtutum numero, nihil pauescit,  
 Nulliusque minus timet tyranni,  
 Spe tandem indubia boni superni,  
 Certus quosque suos in orbe spreuit.  
 Hostes, Et varium dedit nomisma  
 Dispergens inopi tametsi ad astra  
 Huius gloria prouehetur, omnis  
 Tanti iustitiam viri videbit,  
 Peccator fremet, efferoque dente  
 Frendebit, miserum se inesse clamans,  
 Cuius nequam animus peribit ultro:  
 Naturæ doctrina  
 Hanc rerum alma parens physis tenaci  
 Firmatam instituit nomon cathens;  
 Aurum præside qua sacrum, per annos  
 Vitæ continuos, homo modestus  
 Membris corporeis, ameniori  
 Corpus totum animæ, Et mihi fateri  
 Si verum liceat, creatam ab alto  
 Rectore etheri poli, probata  
 Ac rectæ rationi, Et eminentem  
 Magno subiiciat deo tonanti

II EPIGRAMMATA

De Salmonio Macrina

Si mea Nympha potest, Phoebi contingere plectrum  
 Macrinum altiloqua laudet ut illa Cheli  
 Plaudite gallorum populi, latialis Homerus  
 Et Maro meonius victor in orbe manet  
 Attica laurigeros peperit cui Pallas honores  
 Francorum cedat Roma superba plagæ  
 Hunc in voce deis similem resonare poetam  
 Et magno cantu tollite ad astra sophum  
 Ad librum ut Salmonium Macrinum adeat illius  
 iudicium, subiturus.

Exi Bellouacæ à domo libelle  
 Urbem ad iuliodunicam, Macrinum  
 Ut vatem videas, tuis ocellis  
 Cuius iudicium velis subire,  
 Quod si maximus omnium repellat  
 Te notos repetas gradu Penates  
 Festino, atque caua speculatescas.  
 Quod si te legat, & probet, Macrinus  
 Congaudens, poteris statim per omnem  
 Late mundi aditum patentis ire,  
 Letalesque canum retundere ictus  
 Et morsus rabidos, velut sat esses  
 A vatum celebri choro probatus

In Quendam Censorem

Nusquam irascar ego, O seuerè Censor  
 Cuius barba miniaculi ferocem  
 Reddit, causidicosque terret omneis  
 Quod rectè moneas, & ad monendum  
 Te monstres sophon, & facis Catonem  
 Dum me (cesset enim tumor maligni

*Credis) Veri dicum audias vicissim,  
 Et verbis liquidis diu monentem  
 Sed non iusta mones. furore, & ira,  
 Verum percitus aspera obloqueris,  
 Nolens reddere ius suum petenti  
 Contra iudicis, O saeuere censor,  
 Innatam reuerentiam modesti:*

## Ad Arturum Donnellium

*Sis quanquam Eurialus bonusque achates  
 Et me certo adames tuum sodalem,  
 O dilecte mihi intimis medullis  
 Arture hesperidum decus sororum,  
 Pauxillum tamen imputabo culpæ,  
 Dum conuiuia sunt parata nobis  
 Quod me præcipites merum bibentem,  
 Vt plenum craterem hauriam frequenter,  
 Et Bacchi experiar rudis furores:  
 Haustum largius, An nocere vinum  
 Et sumptum moderatius iuuare  
 Nescis, littus aro, Sacraris ipse  
 Leneo, & memoras quater bibendum  
 In cæna, hinc scio gratius vitrorum  
 Exaudis sonitus, quam amariorum  
 Armorum strepitus, Nihil reclamo  
 Dum tu concipias sequens poema  
 Vinum magnus equus viro est poeta  
 Vndam forte bibens loco phaleri  
 Verbum non faceres bonum, poeta  
 O dilecte mihi intimis medullis  
 Arture hesperidum decus sororum,*

## EPIGRAMMATA

Martini bellouacum

Martini

Maxime siderei iudex & Rector Olympi,  
 Aspice Martini feruentia corda precantis.  
 Regem franciscum, & Regali sanguine natos,  
 Totaque gallorum conserues Regna potentum.  
 Illorum egregias vrbes, harumque colonos,  
 Nobilium sobolem, ac sancti consortia cleri,  
 Inter & antiquas belgarum antiquius vrbes  
 Belgium ab illustri vocitatum principe Belgio  
 Et modo Bellouacum, cuius sublimia facta  
 Laudandi ciues gesserunt, gloria quorum  
 Lucida splendet, totum vulgata per orbem  
 Omuicta polis populo munita fideli,  
 Vndanti fluuio tutis circumdata muris,  
 Arcibus excelsis metuenda, & dignius alto  
 Carmine censetur, Petri celeberrima templo  
 Verumetnam pastore sacro decorata, supermus  
 Magna tibi altitonans faciat crementa tuisque

Bellouacum

De ingrato homine. Ad Io. Regulum

Dum solus tacita reuoluo mente,  
 Quali ingratum hominem colore pingam.  
 Occurrit citius patente campo  
 Scribendi ampla seges, fluensque messis  
 At vero ut breuibus, Laconum ad instar  
 Verbis expediam inuiat, placetque.  
 Talem, dicere dolium foratum,  
 In quod munere liberaliori  
 Immittens Charitum bonarum acervos  
 Eudisti Charites labore vano

Theotocos virgo Maria

Si mihi voces resonare darentur

Vocibus cunctis resonantiores,  
Et mihi semper resonos daretur.

Fundere cantus.

Si meis membris simul adderentur  
Omnium lingue faciles virorum,  
Vix sacre possem meritos referre.

Virginis Hymnos.

Vix sacre possem meritas referre  
Virginis laudes, celebrem triumphum,  
Gloriamque huius Mariæ perennem,

Carminibus digno.

Hæc, tamen dulci modulemur ore,  
Est dei mater, genitrixque Christi  
Qui cruce in celsa moriens, salutem.

Præstitit orbi.

Ad D. Ioan. Gallum.

Fortune domitrix eleuat incluta  
Virtus magnanimos. casibus obruit  
Quæ nullis potuit, illa quæ nec potest  
Dum non euehitur prosperioribus,  
Et non deprimitur turbidioribus,  
Effugitque sibi magnificam Tychem.  
Hæc tantum volui scribere auuncule  
Vt suscepto aretes munere strenuæ,  
Te noscas hominem, et per celebrem virum  
Subiectum domino cœlicolum patri  
Ornatum Sophia, denique vocibus  
Suffultum logicis, quænetiam impio  
Te ostendas vacuum crimine, iustior  
Et prudens igitur, viue per omnia  
Sub Christi imperio. et desine mestius

## EPIGRAMMATA

Tristari, Nemesis sit licet aspera )  
 Me nunquam iaculis fregit acerbulis  
 Fractus tristitia protinus excidi.

Ad natalem Cauchium.

Iustas legibus occinam relictis  
 Quare dulcisonis habere semper  
 Cum musis cupio, otium quietum  
 Prudens, quandoquidem sacros reportet  
 Nummos caufidicus, Poeta nullos.  
 Efflictim ejuriens, sacer tametsi  
 Dicatur clarius, sequentia audi  
 Prodesse, ut valeam nocere nusquam  
 Et nostræ valeam perenne nomen  
 Urbis bellouacæ sonare toto  
 Orbe, ac liberius foro repulso  
 Vitam viuere non tumultuosam,  
 Contentus minimis, poetor autem  
 Et scriptis faciles repono versus:  
 Interdum accipe quæ refert Homerus,  
 Cunctorum pater & lucerna vatum,  
 Terrenos homines apud poetæ.  
 Hi sunt participes honoris ampli  
 Et magnæ reuerentiæ, profecto  
 illos edocuit Benigna cantus  
 Et vatum peramat genus thalia

Perona.

Pangite magniloqui ve grandia carmina vates  
 Et varium resona fundite voce Melos  
 Regia Francisci celebres Perona triumphos  
 Omica felici Galla per arua fero  
 Nec me destituit verum prouentibus auctis

Altius euexit nomen ad astra meum.

Ad Nico. Theodoricum filium.

Quanto lætiffices puellæ plausu.  
Me intentum ad solitos diebus istis  
Lusus, passere & in tua columba  
Vix narrare queo, videres futurum  
Concedente dea, ut duos poetas  
Quos dicunt melicos, meum Catullum  
Et stellam, alterius fluente fonte  
Et quorum placidos bibi liquores  
Vincas & superes canore dulci  
Ad speculi inspectorem.

Qui spectas speculum Nitente oculo  
Contemplare habitum, & tuos obortus.  
Quod si pulcher ades sub ore grato,  
Tandem fronte tibi placans serena.  
Fac te digna præcor Deum sequutus  
Si vero videaris inuenustus,  
Deformem vicio tenace vultum  
Illustra probitatibus decoris

Ad Lectorem.

Qualis curia Principum feratur.  
Paucis accipies Benigne lector.  
Est æquor rapidum, exeunt procellæ  
Fastus turbidule tumentis, a quo  
Tempestasque oritur feri sonora.  
Liuioris, temerarius si in illud.  
Labatur, misera pericla vite  
Vix tuto effugiet, Statim quietas  
Hinc flatu quatiant rates tremendo  
Aduersi Zephiri, & noti furentes

## 22 EPIGRAMMATA

Quas submergere sæpius coegit  
 Multum parturiens loquax malorum  
 Lingua, et mortiferas cruenta rixas  
 Extemplo ira moueris, Sapiu modeste!  
 In tota per agit suam simulas  
 Scenam Curia, et obtinet sedile  
 Hoc vindicta ferox, ut omnis optet  
 Vlisci, ergo malam illius charibdim  
 Si vitare cupis, Tuæ memento  
 Semper conditionis, haud molestus  
 Ipsi principibus (regit tonantis  
 Quos inuicta manus caue obloquentes,  
 Audi plurima, nil velis referre,  
 Interdum auriculas licet patentes  
 Fingens obstrue, Vlyssis esto alumnus  
 Ette pythagoram, ac breuiem lacenam  
 Teque ostende rudem, apparatus eio  
 Inferuire stude, Et (quod est notandum)  
 Noli blandiculis logis moueri  
 (Assentator enim timendus vltro)  
 Lites, dissidium, petulia verba,  
 Rancoret, odium, calumniaeque,  
 Et foedæ veneris fuge illecebras,  
 Porro multiugis grauata curis,  
 Facta est curia seruitus molesta,  
 Dudum curia inest periculosa  
 Quam versus properans nequibit ille  
 Prudens dicier, & sopsius vocari  
 In qua nil stabile & manens putatur,  
 In qua nulla dies, & hora lucet  
 Improviso homini, bonam pyraustæ

Cuius letitia est, voluptuoso  
Obrepat grauis aulico senectus.  
Qui ventrem satians cibo frequenti.  
Pro donis meritis, probrum reportat.  
Nunquid vera canam viris misellis  
Apta & congrua, Curialium pax  
Vegrandi rabies furore plena, &  
Censetur genitus, quieta eorum  
Consolatio, seruitute dura  
Libertas melior, paterni agelli  
Ergo excultor, eris beatus omni  
Vitæ tempore, et alterum per orbem  
Secura mare nauigabis aluo,  
De bono & optimo viro.  
Optimus hic proprio cognoscens omnia motu.  
Dicitur, & summis laudibus euehitur.  
Concipiens etiam tacitis meliora futura  
Mentibus effertur, quique cauenda sciit  
At bonus ille quidem, monitis qui obtemperat, esse  
Creditor. extollens nomen ad astra suum.  
Vertamus folium, magno hic vir inutilis orbi.  
Monstratur digitis, talia non meditans.  
De quodam penè aquis submerso.  
Improba quem nequit tellus absorbere viuum,  
Penè fuit tumidis semisepultus aquis  
De Piramo & Tisbe.  
Serius egressum, horrenda sed morte priorem.  
Subsequitur Tisbe, funere prima pari.  
De Marte & Venere.  
Mars ferox ille, licet cunctis metuendus in oris  
Submittit Veneris ferrea colla iugo.

# EPIGRAMMATA

Ad Amantes ex fabulis præcedentibus:

Dulcia blandicula sumpturi furta Diones

Cernite ne pateant tristia busta Nini

Ne leo dilaniet molles furibundus amictus

Ne tenues umbras hauriat ensis atrox

Ne morus rubeat rubeo madefacta cruore

Flebile funesti funeris indicium

Aut si forte alias Phæbo narrante reatum

Turpius admixtos Lennia vincla ligent

Fœtida ne labes magno vulgetur in orbe

Et vigeat toti fabula nota Polo.

Obiurgatio mulieris ad virum, quod statum

Et conditionem intreparet, Matrimoniali

tamen vinculo se astrixisset.

Huc properes, Effare cito, quid plura moraris

Et nostram presso suspendis gutture mentem

Tu ne miser claros es aspernatus honores

Feminei sexus, tam horrendum dira loquetur

Linguala trinacrio potius peritura calore.

Hocce nephas superi permittent: Iuppiter alto

Fulgureos emitte ignes, Et fulmen hiulcum;

Iam indignata tuos Iuno execratur amores:

Sed quibus exuror flammis, quæ infanda nocentum

Turba hominum creuit, Vech, Vech, dixisse iuuabit

Talia quandoquidem probrosis rictibus instent,

Lætenturque truci, muliebres ore cateruas

Rodere, cur optant vinco se arctare iugali.

Responsio viri, quod iuxta Menandri im-

mineat unicuique hoc quod debet pati.

Desine tristari, nocuos Et pelle tumultus

Irarum, ne forte graui commota furor

Ingentique odio mox febre præmaris iniqua,  
En adsum breuibus verbis responsa daturus,  
Nec puto certandum laxatis viribus, ingens  
Postulat id ratio, nam si deuicta, boatu.  
Aethera stentoreo resonares, & tua crebris  
Lumina inundarent lachrymis, tamem incidit alto  
Concinere elogium cantu. Dux ipsa malorum  
Est mulier, scelerumque inuentrix, cætera linquo,  
Matori referenda examine: restat & vnum,  
Quod faciat classim optatos attingere portus  
Vix fugit amplexus Ledeæ troius heros  
Aut si forte alio mauis concludere sine,  
Venturum nequit infœlix vitare periculum.

In Mercurium.

Perfide Mercuri nescis talaria semper,  
Cœlica tecta habites, fraus tua nota sat est.  
Nec tibi tuta patet sedes, nam murmura gignunt.  
Diique deæque omneis, non nisi vera loquor.  
Prospice, terrificis circumsonat ictibus æther  
In te versa ruit turbida Iuno, caue  
Exclamatio in deos ficticios, ad  
Agricolam.

O scelus indignum nulla est sapientia mundo  
Ni sapiat nummos perniciosus homo.  
O scelus horridius totis plorabile seclis  
Iam dudum emissum gurgite tartareo  
Virtutem spernunt superi, quis mitior alma  
Præcellet superos religione deos  
Exul abest cœlis, pepulit Mercurius, ohe  
Ecquis eam grata suscipiet casula  
Huic scio magnorum sunt iniua limina regum

## EPIGRAMMATA

Nec patet audaci diuitis aula via.  
 Hanc scio quisque negat, verbis breuioribus utat  
 Et renuit presso Cerberus ore triceps.  
 Quenam igitur rabies, effingere somnia mouit.  
 Et sperare homines conditione deos.  
 His ergo positis, directo calle sequamur  
 Vera, nec obtineat seua Cupido locum.  
 Candida te tuto letabitur hospite virtus  
 Agricola, & viues omnibus eximior.

Aemulus virtutis, ipsius laudes som-  
 nians, in eam,

Eccur splendida fastuosi  
 Virtus eueheris superbia, vel  
 Te magno genitum satore dicis,  
 Elapsamque polis, viros superno  
 Consensure gerens, tuum ferentes  
 Nomen, quo nihil est choruscus, sed  
 Hoc verum fateor, nec ista debes  
 Proclamare, satis vetustiora  
 Ergo desine gloriari, & atris  
 Tristari lachrymis, ferum furorem  
 Demonstrantibus, improbetur illi  
 Naturæ vicium, quod hæc creauit.

In ridiculosum louem.

Stultescis nimium pater superne,  
 Quod tanto mouearis ictus estu,  
 Insanique tuum vorent amores  
 Corpus, ve misero tibi, relinquis  
 Cœlestes habitus, trifulca tela,  
 Phœbeam faciem, polos & ipsos.  
 Effictum vario sub ore vultum.

Sumpturus, valeas frui Calisto,  
 Aut raptas macules graui puellas  
 Incestu, atque alio pudore damnes,  
 Infando quoque nuptiale votum  
 Perfringens scelere, & modo prophana.  
 Heu heu, te stolidum vocas Cupido  
 Obstrictis oculis suos agentem  
 Vultus, & pharetra feras sequentem.  
 Sic impune feres suos cachinnos,  
 I. nunc sidereum petas Olympum?  
 Vlturus pueri scelus patratum,  
 Nec cesses quo ad vsque duriori  
 Astrictum religes Cypro cathena.  
 Stultescis nimium pater superne,  
 Quod tu subditus es ferocienti  
 Fortune, & dubios times rotatus  
 I. nunc sidereum petas Olympum?  
 De te sollicita ingemiscit acri  
 Conquestu, & lachrymis refusa Iuno  
 I. nunc sidereum petas Olympum?  
 Absentem superi Iouem reclamant  
 Intentum Veneri voluptuosæ  
 Nec cælos remuas, serenaque astra,  
 Terrenam arbitrio, sed ange mentem  
 Diuino, & face quicquid optat æther.  
 Nam bellum reparant feri gygantes.

De eodem Ioue.

Si nunc ἀνθρώποις φαιλές esse videmus,  
 Succedant votis prosperiora suis  
 Nil mirum, Iouis est tenuis sed laudis adeptus  
 Prætextu, hinc multum despiciendus honor

## EPIGRAMMATA

Insectans odio, genitorem falce necasset  
 Subditus abstracta si fores ille neci  
 Nempe loco cædis punit cum fratre seuerò,  
 Trudit & instigæ nigra baxathra domus.

De Ioan. Bineto Bellouaco.

Dudum conqueritur meus poeta  
 Binetus latii Maronis ore  
 Ter bino decies canendus, altum  
 Quod senos Heliconæ non adire  
 Et Musas poterit videre in amos,  
 Iuri immensam operam daturus ipse  
 Cui responsa dedi, modum quærelis  
 Præberet quæculis, suo dolori  
 Et finem faceret, nitore claro  
 Verum ut splendidius liquere totum  
 Nostris vatibus esseque solebat  
 Sacra & commoda, Blandulam poesi  
 Vanam ac ridiculam grauemque inesse  
 Paupertate graui, & velut sophorum  
 Permulti referunt, Apollo frigens  
 Cum Nymphis laceris miselle, at omnis  
 Fulcam possidet Vlpianus aurum.

De quodam Bauio asserente Magnificat si-  
 ne. G. dici, & describi debere, Ad Geruasium

Parisium, & Ioan. Mallet.

Mutescit Bauius, quem littora muta rudentem  
 Abstracta effecit, credite, vera loquor,  
 Mutescit Bauius, quem (credito) vera loquenti.  
 Reddidit attonitum littera adempta Midam  
 Hoc opus esse Dei quis deneget, ille virorum  
 Clitomachus. Victor, victus honore fuit

Victus honore suo, cecidit rationis ab arce  
 Non minor assinio principe, Asellus erit  
 Tardus Asellus inest stimulo pungendus atroci,  
 Nulla sit in vita deteriore quies  
 Cui si forte velit placido mitescere vultu,  
 Præferat archadico fautor agaso gregi  
 Ad coeptum redeo, quanquam mea Musula Phœbum  
 Nesciat, audaci carmina voce canam  
 Magnifico nocuit furtim corrumpere gramma,  
 Abstulit excelsum nomen adunca manus  
 Siccine desipuit commissa fraude Palemon  
 Desinat ergo loqui, rudere qui didicit  
 Mortui ad vnumquemque viuientium,  
 Ex gallico ydiomate.

Nil mireris homo, nec vana superbia captum  
 Te liget, aut vili guttura torquæ præmat.  
 Florentes fuimus veluti florescis in ævo  
 Præfenti, at florem mors inimica teret.  
 Quid breuius vita sensim? fugiente moreris  
 Paulisper, superos & vereare deos  
 Omnia succedent votis, & tramite facto  
 Vitalis stadii, regna beata petes.  
 Epitaphium cuiusdam summi viri præ nimio  
 dolore vita functi.

Vir iacet hic summus magno qui nomine præstans  
 Conditur exili post sua fata loco.  
 Sed quorsum illabor, celebris tellure sacra  
 Dicitur, etsi illum nulla sepulchra notent  
 Set cunctis memorata locis notissima fama  
 Exuperans axes, lucidaque astra viget  
 Non opus est longis sermonibus, omne probatur

## EPIGRAMMATA

Ex vero verum gutture proueniens.  
 Se nimium nouit dum uiueret ille, dolore  
 Imprudens nimio tabuit, & perit  
 Epitaphium D.N. Beszei Consulis  
 Plangite, mortales gemitus diffundat Apollo,  
 Floret, & extinctum calliopea iubar  
 Occidit Androphilos, mundi decus, anchora cleri,  
 Vnica spes populi, nobilitatis honor.  
 Hunc amet Altitonans, totus dilexit ut orbis,  
 Cui det Olympiæ læta vireta plagæ.  
 Iustitiæ comminatio.  
 Ne genus & nomen, lethæis obrutus undis  
 Pseudolus ignoret, dictu scæua legat  
 Sum Dea virgineo semper redimita nitore,  
 Et semper superis cognita cœlitibus  
 Hinc immortalis titulo spectata Tonantis  
 Iustitia æterni natu verenda vocor.  
 Qua mundo tribuit, sed iniquo pressa fauore,  
 Terrenum exodi ludificata scelus  
 Cœdibus interdum toties maculata nephandis,  
 Canuolo ad astrigeros mortua pene Lares  
 Atque oblata patri, tristes effundo querelas  
 Anxius enarrans impia vota virum  
 Iniustasque hominum mentes, & inertia corda,  
 Ac infiniti numina spreta Dei  
 Vnde repentino subit indignatio motu  
 Massagetæque quatit scædior ira truces.  
 Sic detenta polis nequaquam inuisere terras  
 Curabo, & semen spargere grata bonum  
 Donec enim populus soluat fera crimina regum,  
 Et delicta leui pumice tersa lauet.

## In pigrum.

Si bona det somnus, Gazis & diuite, luxu.  
 Implebis ne domum, somniculose piger?  
 Si prosit torpor nec te, cunctatio damnet  
 Florebis ne diu, desidiose piger?  
 Nequaquam attrita veniet paucuria veste,  
 Aspera paupertas languida colla premet.  
 Nil nisi, frigidule sopor, est meditatio mortis  
 Nulla soporatus pondera cogit opum.  
 Luctatur damnis, quā differt flumine potus  
 Letheo, tantum punctula dinumerat.  
 Et mala concipiens viciorum mole grauat,ur,  
 Ocia multiplici crimine quemque replent  
 Auget opus studium, plures vigilantia nimmos  
 Querit, & hos sparsim incuria fundit aquis  
 Fundere cur refero, dum in promptu causa patescit  
 Esuriens secors nil cumulare potest  
 Ergo age, mens alio sit flexa, laboribus istis  
 Nolo vaces, fructus spinea terra vorat.  
 Virtutes parias, & spiritualia dona,  
 Perpetuo viuens tempore, diues eris.

## In Auarum.

Respue opes auidas, fuluo nil vilius auro  
 Stiua boum placeat, littora sæua fuge  
 Arro lit mentes chrisea pecunia, hngit.  
 Somnia vana, cito funera dira parat  
 Inuidiam generat, lites accendit iniquas  
 Iustitiæ violat pragmata sancta deæ  
 Tum maiora petas, Terræ est longissima vita  
 Quam variis rapiunt Aequora mota notis  
 Non tamen excipias prægnanti cortice dictum

## EPIGRAMMATA

Ambiguos sensus mens benefuada negat.  
 Conteritur firmis pedibus ditissima tellus.  
 Sulcantur fragili tur gida naue freta  
 Gaudet humum amosus messor proscindere, verum  
 Vndanti luuenis Doride nauta perit  
 Istihæc audistin, paucis contentus amœnam,  
 Traduces vitam sub Ioue sidereo.  
 At si diuitias nimio quæsiueris estu.  
 Occumbes viuens, & morieris inops  
 Vis ne aliud, satiat per amanda scientia cunctos  
 Insanamque auget cæca libido sitim  
 Elice nunc igitur secura viuere terra  
 Sorbebit vitam Scylla marina breuem  
 De obitu quintini stulti.  
 Egressus tacita charæ genitricis ab aluo  
 Quintinus, rabidæ mortis adiuit iter  
 Natorum quintus genitoris, stultior omni,  
 Humanæ exsoluit debita iura phisi  
 Quem tulit insignis Bromio Burgundica tellus  
 Parisia tandem notus in Vrbe fuit  
 Beszei claras habitauit consulis ædes,  
 Laudandi antiquos consulis inter auos.  
 Ille licet morus didicit seruire tonanti  
 Miscuit alloquiis verba iocosa suis  
 Scilicet vt fluïdo demonstrẽm seria versu  
 Et reserem stolidi præuia signa patris  
 Tintinabla sonant, sonitu lætatus adhesit  
 Protinus omisso funibus obsequio  
 Tum leuior Borea. Montem qui frigidus esse  
 Dicitur accessit, nec mora iussa refert  
 Et quæ mandarat soli Beszeus Adelpho

Nuncia famigeras non aditura fores  
 Proximus interea fato, mortique futurae  
 Coepit olorina fundere voce Melos  
 Largius atque hausit calefacto bacchica corde  
 Sæpius & pleno vase phalerna bibit  
 Corripitur febre ardenti dum vinitor vuas  
 Colligit, & sensim morbidus interit.

Epitaphium eiusdem.

Ludio mirificus terras dimisit inanes,  
 Sanctior ut toto luderet umbra polo  
 Num potuit non posse mori? lex omnibus æqua est.  
 Occidit ut sapiens, Morio morte perit.

Iheremie ælementa.

Nescio falsa loqui domine. A. A. pelle timorem  
 Sensibus obstantem, Nonne puellus ego  
 Nonne puellus ego, cuius vox faucibus hæret,  
 Nec reboant ullis guttura pressa tonis  
 Quod si contingat cælesti numina pleno,  
 Pandere veridicis lucida verba modis  
 Clamabo, & vacuas implebo cantibus auras,  
 Quos referent crepitu marmora pulsa graui  
 A. A. A. quantum trina hæc elementa pararunt  
 Mestitiæ, quantum sint nocitura magis,  
 Ni superum miseris faueat diuina popellis  
 Notio, vel grata fors leuet vna manu.  
 En tollet medium Deus, A. A. læta sonabit  
 Vox altum, melius si altera, vera cano  
 In falsum annotatorem.

Collucet Phœbis, mox Phœbum turbida nubes  
 Obscurat. nec ob id desinit esse dies  
 Audistis, video surdescent Pallados aures

## EPIGRAMMATA

Hac etiam præstas Pallade, nemo negat.  
 Garrula sed velox pressit Mercurius ora  
 Fare præcor, sentis publica damna Dei  
 Altius increpites pariunt tua dicta tenebras  
 Nil nisi fucatum sermo pusillus alit  
 Iamque fugat nubem diffusum lumen opacam  
 Clarius emittit purus Apollo iubar  
 Eya age, dum pudeat nitidis insistere rebus  
 Vanaque cum nugis texere zoileis.

In Sophistam.

Quid tua stentoreo expandis clamore sophista  
 Tutina, & horrendis vocibus astra replet  
 An ne putas notum per plurima secula nomen  
 Ut nihil in toto notius Orbe fiet?  
 Progredere in medium, consueta falleris arte,  
 Non modo mentitus clara, negare potes  
 Diceris à cunctis Sophiæ corruptor iniquus  
 Venator Iuuenum palliolata seris  
 Et linguam exerceas vulpina fraude dolosam,  
 Ac misces veris falsa pudenda logis  
 Desine vaniloquis tempus consumere nugis,  
 Artifici nocuit fraus manifesta suo.

Miraculum beatissimi Martini

Ex claudio & cæco Ausonii.

Claruit æterno quondam memorandus honore  
 Martinus, vita, religione, fide.  
 Gloria Pontificum, vir sanctus, sanctior omni,  
 Qui Christum textit (Credite) veste sua.  
 Scilicet horrendo defunctos finire charus  
 Ille deo vitæ restituit validæ  
 Reddidit elingui gratissima verba, saltem

Debilibus, surdis præstitit auxilium  
 Infectos scabie exosa reparauit, aquosis  
 Præcepit ranis, multiformisque auidus  
 Hinc fama excellens gallis increbruit oris  
 Nec minus externis splendida facta locis  
 Et magis accrescens operarier omnia, nullum  
 A tanto Vacuas inde referre manus  
 Ohstupere duo, quod si doctissima Pillas  
 Gratetur, referam totius acta rei  
 Cæcus erat, propriis dudum priuatus ocellis  
 Sed non exhausto robore molliculus  
 Qualiter id alio madefactus forte liquore  
 Fæminea assyrius membra mouere nequit  
 At quali solemus præcellens corpore santon  
 Tecta palestini frangeret ampla chori  
 Hic rectoris egens concordi fædere iunxit  
 Claudipedem, fido lumine conspicuum  
 Sic cæci impositus collo, percurrere tutum  
 Veridico claudius fame pandit iter  
 Qui Varium Visa adcumulant nouitate numisma  
 Sufficeret regi, nobilibusque suis  
 Ne questus igitur facto medicamine perdant  
 Martini faciem præcipites fugiunt  
 Quæ fuga nil retulit, verum per deuia sancti  
 Comperti incolumis munere quisque fuit  
 O falsos hominum conceptus, nulla morantur  
 Etherei mentem facta proterua Iouis

Quattuor ante obitum cuiusdam, ad officium il-  
 lius aspirabant, ex quibus vnus Hieronymus ora-  
 culo phætheo in locum præmortui susceptus est.

## EPIGRAMMATA

Phœbe quid obdormis? num sancta oracula resolues?  
 Num Liciam fugiens delphica templa colis?  
 Conuenere truces (fatalia numina) parce  
 Miscuit & gelidæ topica queque necis  
 Porrexitque vni, Quis quattuor (oro) virorum  
 Pertinget voti culmina celsa sui  
 Quis Paracletus erit Petri? luctamine magno  
 Decertant omneis, acrior ira viget  
 Filius hinc validis morituri viribus instat  
 Desperans nimium tempora longa patris  
 Insurgitque alius, qui si non vicerit hostem  
 Forte corinthiacos malles adire Lares  
 Postremum dubio restant tentanda duorum  
 Prælia successu, nescit vterque parem  
 Ambo pares titulis, quanquam cognomine nomen  
 Gaudeat alterius, dic age, neu taceas  
 Tunc ait aurati circumspice grammata circi  
 Subtraheque. I. medio luminis accipies.

### Elegia Ludouici berquaryni

Oscultum patuit, quod non celarier ultra  
 Debuit, excellens iuppiter egit opus  
 Sublimi elatum deiecit sede potentem  
 Qui modo regnabat, qui modo iura dabat  
 Quique superbifico regalia limina gressu  
 Tantum incedebat pastus honore leui  
 Et cedrina petens fame monimenta perennis  
 Insigni optabat sanctior esse numa  
 Lector Aue, & causam properes dignoscere, casus  
 Hæreseos foeda labe volutus erat  
 Hoc impune nephas solida an ratione stetisse

MARTINI BELLO 23

Et Petri hausissent Aequora vasta ratim  
 Inviolata fides æterno permanet euo.  
 Percutit iniustos ira molesta Dei  
 Quem neque præmeditans latuit Nero funera cuius  
 Distulit aduersa in tempora longa vice  
 Occidit ergo miser diuamque hominumque fauore  
 Traduxitque illuc sors malesuada virum  
 Nil grauius pugnare Deo, pugnare feroci  
 Fortune, vinci magnus vterque nequit

De eodem

Francia dum hymnidico resonet Peane iuuentus  
 Parisæ extincto gaudeat hoste Phalanx  
 Hic dudum, & nuper morbo scabiosus edaci  
 Francorum reliquas inficiebat oues  
 Cognitus haud potuit mundari errore nephando,  
 Quin purgaretur lucidiore phoco  
 Nam quamuis concessa esset clementia, durus  
 Obstitit, & rapido malluit igne mori,

Ad Nicol, Creolium

Viue diu felix, & fausto sidere natum  
 Te monstrent cunctis prospera facta piis  
 Viue diu. At viues felix per secula, numeu  
 Nam colis, & seruas iussa tremenda dei  
 Diligis vxorem, cuius sincera voluntas,  
 Et laudandus amor, cernitur in speculo  
 Das inopi, miserumque leuas, & fundis egeno  
 Cum Bacchò Cererem, sobria vita placet  
 Isthæc religio mortali congruit, atram  
 Post mortem gaze. Nil habet omnis homo

## EPIGRAMMATA

Ad Hieronymum fuquerium

Siccine tristaris, fletu cur absumis acerbo  
 Lumina, & in viduo tempus inane thoros?  
 Desere ploratus, nullis dominarier armis  
 Fata queunt, fatis subdita cuncta tene  
 Sume animum, & dictis aures concede, probatur  
 Consilio recto tutius esse nihil  
 Legitimæ vxori tuæ iungere pectora cures  
 Daque aliquem mundo, diffuge adulterium

De Quodam legato

Consilio egressus Remorum nigrior Hermes  
 Ne vaga mens echus fingeret ora nouæ  
 Sed grata ingenii monumenta relinqueret, istud  
 Suggestum astruxit, pegmata digna Ioue)  
 Est opus excellens diuina mente paratum  
 Quid moror hei, nusquam prodiit arte sua  
 Consultus quondam folium petiisse Silillæ  
 Dicitur, ut citius grandia verba daret  
 O Nimia probitate virum, quem dulcibus annis  
 Pegaseum docuit magnus Apollo sophos

De quattuor anni partibus

Purpureum verflores, Aestas frondosa calore,  
 vitibus autumnus, frigore gaudet hyems.

De Lychaone

Apponens Rabidus conuiuia foeda Lychaon  
 Experitur superi damna seueræ Iouis

De Deucaliore & Pyrrha

Vota diuū tetigēre deos satis, vnda cucurrit  
Pyrrha pares reparat Deucalionque viros

De Apolline & Daphne  
Quid fugi o daphne, Si non potiaturo Apollo  
Optatus, victor laurea feta feret.

In natium hebetem  
Si nihil ingenii fallax Natura reliquit  
Lethæo aspergas corpora rore decet  
Non opus est, natia tuos obliuio sensus  
Opprimat, A cunctis dicere natus hebes

Querimonia virtutis  
Sum dea præteritis virtus memorata sub euis,  
Quinetiam ventura, meum maiore cothurno  
Tempora laudabunt, tollentque ad sidera nomen:  
Conqueror, heu, superi iustos attendite quæstus  
Nam fera promerito Fortuna repugnat honori  
Atque audet simili mecum contendere palma.  
Deletura suo magnos fucamine fascēs.  
Interdum raptura leui rutilantia passu  
Sidera cælitibus forsā vacuata supernis  
Et nullo tristes cogente reuifere terras  
Hactenus horrendo præsentia crimine secta  
Infecit rabido, cunctos maculauit & ausu  
Postponant diuina sequi mandata, sed ipsa  
Mox ē giganteo diuis inferre minentur  
Prælia, vt in certas iret victoria partes,  
O hominum crudele genus, crudeius vrsis  
Quæ vestras cepit furiosa insana mentes

## EPIGRAMMATA

*Quenam saucies? Quenam truculenta libido?  
 Quenam deliros mersere obliuia sensus?  
 An non innocuas laxari tartara penas  
 Speretis dabii, & semper vigilare Charonta  
 Postquam fulmineos iaculatus Iupiter ignes,  
 Præcipites trahet ad tenebrosa umbrasque rotabit  
 Infera, commissis, hei, conuenientia culpis,  
 Eya agite ætheræa dum vesci contigit aura  
 Si stite paulisper, Regis vestigia Iesus  
 Proximioꝛe loco, tandem mea signa sequuti  
 In patrios remeare Lares, & tecta beata  
 Fidite, vos faciam summoque frui scier: axe*

*Vrsini in gallos Decasticon*

*Insubrium populos ceu nomina morbus ab ipsa  
 Gente, trahens pressit Gallica seuities  
 Iamque animum despondebat, Iamque alta medullas  
 Depascebatur pestis & atra lues  
 Ecce tibi à forti medicina salubris Ibero  
 Mox inopinatam missa parauit opem  
 Nam veluti affectis succurrit Iberica membris  
 Arbor, & auxilium, Ligua reperta ferunt  
 Sic nunc Hispani victricia militis arma  
 Gallorum fastus seuitiemque premunt*

*Gallorum in vrsinum apologia. Cui nomen  
 est Antinellius*

*Improbe, quid dubitas, imperi consultus Apollo  
 Emisit clariùs talia dicta locis  
 Non nisi germanos laudet germanus amore*

Illectus patriæ plurima causa subest  
Hac nihil esse potest in toto dulcius orbe  
Quam gratus modulis tollit ad astra suis  
Si nescis, forti religatos vinculo alumnos  
Stringunt præcepta, Terra, propago, Deus,  
Ecquid habes causæ, immites celebrare tyrannos  
Carminē vegrandi dissona lingua vetat  
Diuersi prohibent cultus, & gratia morum  
Absimilis breuiter, vita aliena negat  
Dii superi: Nummis forsā conductus auaris  
Afflatu exsoluis debita Meonio  
Iam quorum nidore olido cantaueris hostem  
Romuleum altisona perfidæ penè Cheli  
Quon: modo languidulis audiui aduersa tonantem  
Quæstibus, Ac nusquam nota thalia foret  
Ceu foret inuisus secluso munere Phœbus,  
Sorderet nullis Musa prophana opibus  
Mutasti chlamidem, video assentaris inepte  
Semesa lingua, blandule perdis opus  
Depingis nebulam, fallax non pendet Iberus  
Mutua Neptuno credita fluctuago  
Cantaber hanc rapuit superato culmine turrim  
Cuncta putet merito supposuisse iugo  
Flecte pedem retro, Non isthæc semita tali  
Tramite tendenda est, vipera forte latea  
Interea audaci clypeo iactata retundam  
Spicula mendaces interitura viros  
Vtique cruentatum pulsa formidine Martem  
Indicam, Ac tutum primus in arma ruo  
Dic age qua gallus pressit feritate popellos  
Insubrinum, An ne suos dicere iure potest

## EPIGRAMMATA

Euolue annales, mitti spirabitur aura  
 Quæsitumque petet nautica pinus iter  
 Num proprios stricto liceat defendere ferro?  
 Aut iuuat armifona bella mouere manu  
 Iam reseres quibus auxiliis, superauerit agmen  
 Hispanus, francum, quis modo victor adest  
 Inuida si forsan vinci permiserit astris  
 Fortuna infaustis, nubila palma perit  
 Et leuiore gradu cæca se se condidit alus  
 Telluris, nulla commemoranda die  
 Non fuit insignis iusto victoria bello  
 Sed potius Stigiis insidiosa dolis  
 Men mutirenephas, pectus mucrone chorusce  
 Transiit hec torum perfidus Aeacides  
 Quem parili fato dulcisit troius alter  
 Punxit effrenem pæna sequuta virum  
 Commoueat cunctos phœbeo Verius ore  
 E logium, reprimit Iuppiter ille malos  
 Nec patitur pilis vitam tractare diebus  
 Vix fugiunt summo tradita iura Deo  
 Degener excessit nostro deductus ab Orbe  
 At viuit patrii gloria celsa soli  
 Cognouit ticinum, quid cætera demique narrem  
 Horruit eximium Parthenopæa ducem  
 Inclita vis referam proauorum gesta potentum  
 Quæ gessit, prosint pristina, Belga ferox  
 Experta est varios antiqua rauenna tumultus  
 Submititque suum Brixia victa caput  
 Liliigeris timuit venetus concurrere signis  
 Sensit & attonitus pila cruenta ligur  
 Helueias gentes truculento Marte subegit

Cum quibus & socias Nexuit inde manus.  
 Infestos repulit gallis à finibus hostes,  
 Vicit & oclusos montibus Hesperios.  
 Arthesium incendit, Burgundica castra refregit  
 Hannonios fudit, leta trophea tulit,  
 Quid moror, horrifico trepidarunt frigore Cimbræ  
 Sancta Caledonijs fœdera pacis inuit  
 Congredere, & totis decertes viribus ingens  
 Campus in hac pugna seditiose patet,  
 En video immundi fœdatus vlcis artus  
 Stercore, conscendas maxime ductor equum  
 Procumbunt poplites succisi fracta labascunt  
 Brachia, labe atra putrida membra cadunt  
 Expectes paucillum horæ tibi iuncta salubris  
 Ocuis antidotum bethica turba dabit  
 Nequaquam innumeris detenta laboribus ultra  
 Satromatas duos mentem animumque laetant  
 Scilicet infundam sitienti flumina prato,  
 Nec renuat ceptis Nais acerba meis  
 Insani nocteum properabo aperire furoris,  
 Quo siccim obtortus repis in omne nephas  
 Te miser edocuit furiali zoilus ore,  
 Herodisque illum festa prophana tenent  
 Quæ causa inflato suffusa vapore coegit  
 Aerias tumidum transuolare domos  
 Impulit & rabidas mentes funestaque corda  
 Nectere, consimiles torua Megera vocat,  
 Nec satis est, imis penetralibus abdita clarum  
 Non visura iubar, sede reconde sacra  
 Sicut enim magnus Mauortis dextera seui  
 Carolus Hispanam sanguine sparsit humum,  
 Ac velut accepto Cladovæus chrismate princeps  
 Di.

# I EPIGRAMMATA

Germanas stravit, fudit & ille acies.  
 Sic (nisi iurata firmentur fœdera pace  
 Et cessent pulsus tristia bella odiis)  
 Bellipotens multa Franciscus cæde Phalanges  
 Diruet Hesperias, Teutonicasque teret.

Excellentissimi Martini Tasserii artium &  
 Medicinæ Professoris Epitaphium

Hic hic viator tam citas gradus sistas,  
 Lucturus properam mortem & horridum fatum  
 Martini, gelidum cuius est sepulchrati  
 Tellure corpus, at minus perornato  
 Reconditum feretro, tumuloque decenti  
 Num potuit alto celtior mausoleo  
 Et gloriosior videri, cognitis  
 Percelebribus factis suis, viden; summus  
 Irascitur motus, fero Iuppiter æstu.  
 Iam cæli trepidant; & sidera pulsa tonitru,  
 Cælitum chorus obstupet & omnis expauet  
 Humanus, tremulis audio fremescere.  
 Quosdam pectoribus, ne trifida deiectet  
 Fulmina iusticie prænuncia rigorose.  
 Id dixisse iuuet satis apertum facundo  
 Cylleno, qui mibi talia recensuit,  
 Tandem scriberem me iussit, licet ignorantem  
 Et quantum Latio non venisset cultu.  
 Istis repugnauit talia mandatis  
 Assensu tamen sequentia concinens,  
 Nec te poeniteat quisquis es cognouisse  
 Natalitia defuncti primordia viri.  
 Præclaras animi, pulcherrima, xenia) dotes  
 Fortunamque breuiem, vitæ quoque tempora pauca

Qua mare præcipiti flexuosus Sequana  
 Occiduum ingreditur amne, deduxerat ortus  
 Primarios, illic libera iura iuuentæ.  
 Dimittens viridior maturat ævo.  
 Virtute cunctos & scientia vicit  
 Contemporaneos, sed obfirmaturus  
 Pubescens studium semper augmentibus annis.  
 Et consulente Phœbo, celerit Lares  
 Parisios, vbi sidereum super æthera nomen  
 Extulit, adepto quoque gradu magistrali,  
 Tendens ad amplissima & ad grauiora vocatus.  
 Alpinos superauit præpete montes gressu.  
 Obuius ecce fuit Musis comitatus Apollo  
 Intranti Ticinum, quem conuenit ore disertis  
 I felicius adimple prosperum votum.  
 Omnibus integrior toto celebraberis orbe,  
 Concedet tibi longæui pia cura Galeni,  
 Et doctus Podalyrius: Eya a gedum proferat  
 Audentes animos, vires mea dextra secundas  
 Sufficiet, dabit & producere splendida facta.  
 Protinus in tenues clarius euamit auræ:  
 Perfuditque locum odoreo Nectare, etiam  
 Succis Ambrosiis. Nec ductus inani sorte  
 At maioribus euectus titulis, Italos  
 Euicit omnes, quanquam sua nomina buccis  
 Insufflent tumidis, cupiantque videri semper.  
 Ceu nihil aut minimum referant, ita credite dictis  
 Phœbea valuit arte, quo nullus foret  
 Eruditior, & æui parem tempora nulla  
 Tulerunt, siquidem laurea doctorali  
 Suscepta, veluti Cæsar sublimis in alto  
 Appositus solio, pepulit hæc dicere cunctos:

Dū.

# EPIGRAMMATA

Tu deus eximium mundi, & celeberrima fama  
 Interdum sibi debita munera querens liquit  
 Maestos Aeneadas, & beato fidere  
 Mauortis genus antiquum insuperabile bello  
 Bellouacos petuit, quos suo lumine claros  
 Reddidit, hei, trucibus Mors recincta pharetris  
 Vix medio gradientem tramite trucidauit  
 Tot mala perpeSSI ciues morientia passim  
 Corpora dederunt, cecidit vt parta medela.  
 Sic fors inoptatum tulit lubrica finem.  
 Deficeret Maro promeritos modulandus honores.  
 Indignata vetat veterem percurrere Iambum  
 Nymphula, sat modicos fluctus subisse Carinam

Ad Syluas vt Berthinum Morriayum in si-  
 gnis ecclesiae Bellouacensis decanum &  
 Canonicum Saluent.

Dudum quae subito calore syluae  
 Fluxistis, celebri viro salutem  
 Illam dicite, Quam referre possum  
 Berthino, eloqui lepore cuius  
 Mellito excolitur venusta lingua,  
 Hinc primam resones diserte vocem  
 Leander, placido loquaris ore  
 Busiris, faciles sonos repente  
 Emittat Samius, sequatur vna  
 (Cui Lays titulus) laborioso  
 Supremam adiiciens manum labori.  
 Quas grato excipias benigne vultu,  
 Quarum cortice sub leui, quaterno  
 Versu concipies meum poema  
 Treis aduersa Tyche ferit, nocentes

*Pœnam non fugiunt, inesse nemo  
foelix ante obitum potest, malignæ  
Votum fœminæ inane deprecantur*

*Sylvæ Martini Theoderici Bellouaci, Ad Berthi-  
num Mornayum insignis ecclesiæ Bellouacensis  
Decanum & Canonicum.*

*Sylva prima cui titulus est Leander, Ex qua col-  
ligitur trium aduersa fortuna*

*Transierat rapido commotam flamine Syrtim.  
Seste erus nimio Leander raptus amore.  
Hic ubi Nectareæ solatia prima Diones  
Expertus, memorat salientem Nerea dulces  
Syrenumque sonos, & æquore qualiter toto  
Squammigeri pisces spaciuntur, maxima quorum  
Pars pedibus connexa suis, defessa natantis  
Brachia compulerit dominanti cedere ponto.  
Ut procul exiguae abscessisset credula vitæ  
Spes, verum suffixus amor connutrit ignes  
Furtiuos, caluere nouis præcordia flammis,  
Immensasque dedit vires, quas ipse tridenti  
Nequaquam excussit Neptunus, murmure rauca.  
Nec ferus Hippotades, tonitru nec tibia Iuno.  
Interea audito sceleris rumore nephandi  
Infrendens genitor rabioso corde dolorem  
Concipit indomitum, & secreta incendia pascit  
Vindictæ efferuens, tum prodiit ira ministros  
Nam vocat, & struere insidias. captumque cruento  
Ense iubet perimi, mox circum mensa tendunt  
Atque aliqui tacito penetralia tecta meatu  
Perlustrant tremuli, ne furtim vilis adulter*

*Omnia notit  
amor aggredi*

*Trasnatomari  
narrat Lean-  
der illius peri-  
zula.*

*Amor vires  
subministrat,  
omnia aggredi-  
tur & audet.  
Neptunus  
Aeolus.*

*Iuno.  
Coactus fuit  
Leand auffu-  
gere ne depre-  
henderetur.*

# LEANDER

|                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
|----------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
|                                              | <p>Certior effectus fugiat, solitoque vadosam<br/> Remigio Tethim repetat, sed vanus in auras<br/> Diffusas abiit sudor, cum praescius hostis<br/> Iam celeres Parthos imitatus praepete cursu<br/> Nocte sub attranti optatis successerat oris<br/> Attoniti haerunt demissis vultibus omneis</p>                                                                                                                                                                                                                                        |
| <p>Fuga.<br/> Leandri</p>                    | <p>Non secus egressum nemorosa valle Dianae<br/> Errantemque agris, &amp; demum sede parata<br/> Figentem gressus ceruum prospectat ab alto,<br/> Monte sagax, atque ardenti speculatur oculo<br/> Venator, visae captus dulcedine praedae.</p>                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
| <p>Comparatio</p>                            | <p>Congregat intorto longissima rethia fune,<br/> Et valido extendit conamine, parte molossos<br/> Qua motum alipedem discurrere coniecit ille<br/> Inde vocare canes resono clangore laborans<br/> Gaudet equo, instigatque suos qui lata pererrant<br/> Rura molorchium prehensuri forte leonem.<br/> Aut calidomum aprum, iam cursu Raptus anhele<br/> Agminis asbolii ductor loca fixa reuisit.<br/> Et positas fraudes, absente Acteone vultu<br/> Substitit indigno, voto quoque falsus inani.</p>                                  |
| <p>Retia &amp; canes Venatori congruunt,</p> | <p>Ac frigescenti plenus sudore, penates<br/> Languadulos repetens, strigili mundare cadentem<br/> Nescit, &amp; insanam mitti releuare Lyeo<br/> Possessum, diramque famem praesentibus escis<br/> Testatur gestu, sed nec requieuit amante<br/> E lapsu viciscendi ardor, Lethique futuri<br/> Imbibitum virus, moritura educitur Era<br/> Pallidior buxo, cui talia voce superba<br/> Dixit herus, Tu ne'es (peream) concepta sinistra<br/> Semine? Tu ne auibus funestis edita? Tu ne<br/> Enutrita cibo infelici, larna dedisset</p> |
| <p>Indignatur Venator praeda non capta.</p>  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |
| <p>Verba patris ed ero exprobratoria,</p>    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |

O utinam succum, quo primis ocius annis  
 Hanc animam efflasset misera sub mole latentem,  
 Te ne patrum tetigit vitæ laudabilis ætas?  
 Te morum probitas, & sanctæ dogmata legis  
 Quod si debueras cyprio lasciuior ipsa  
 Thaide, virgineum furto temerare pudorem.  
 Cur non legitimo tua fœdere corda liguit  
 Teque viro iunxit? vinctoque arctauit ahenò  
 Lætus Hymen, Cur non consensit promuba iuno  
 Te rogitante Deam? potuisses vincere nomen  
 Penelopes castæ, & sexto lucretie ab actò  
 Obseruare fidem, ac certam generare parentum  
 Progeniem vultus referentem, sic cine tantis  
 Obruor irarum cruciatibus, impius horror  
 Cœuicem quatiet, vanoque ardebo furore  
 Nec satiabo animos, verum subnata calore  
 Nostra repentino volucris indignatio lapsu.  
 Diffluet, opposito moderata enigmate splingos,  
 Ac nihil infandi patraffes, nonne magistrum  
 Et me participem delicti, tota vocabit  
 Plebs populi insani patefacto crimine saluam  
 Fronte exporrecta, raro quo incedere passu  
 Et flore sequer luxur inquentem fabula scortii  
 Absit enim dicar, cœlestia numina iuro:  
 Aërios tractus, & magnæ munera terræ  
 Oceanumque sumum, stigii quoque sæua barathræ  
 Tormenta, admissum facinus vindicta sequatur  
 Et nisi stridentilaniaro corda lacerto  
 Aut solida inuisum citius per viscera ferrum  
 Condidero, & mentem cœcis errare sub vmbis  
 Impulero, vt nitidam possim discernere lucem  
 Axe serenato, & litus transire profundum

D.iii.

Appetit mortē  
 Erus ob crimē  
 illius.

Quā nō potest.  
 continere mu-  
 bat iuxta sen-  
 ten. Pau.

Penelope.  
 Lucretia.

Querit vindi-  
 ctam pater.

Iusurandum  
 patris de occi-  
 denda Ero.

## LEANDER

Naue indefessa, votisque audire secundis  
 Finierat tracta occulto celamine sicca,  
 Ecce autem effertur famulus prohibentibus Vltro  
 Supplicium sumi, quorum prudentior vnus  
 Afferuit crudele nephas subitaque piandum  
 Morte necare hominem, quoniam præcepta tonantis  
 Siderei illa vetant, quæ si custode remoto  
 Iustiticiæ, & prauis suggesto demonis ausu  
 Transgrediamur, ait, meritis pro crimine penas  
 Imponet, bifores valuas mortalibus istis  
 Tartareus Pluto referat, neu sponte trucides,  
 Reges hominidæ. Serius est alio sententia iudice danda.  
 Conculces pedibus furias, conare futura  
 Inspicere, auxilium sapienti prospera præbet  
 fortuna, & stolido Ichareos malefusa referuat  
 Occasus, confide mihi non falsa mouentem  
 Perpendes, cape consilium, dextro omine gaudens  
 A Delo responsa dedit certissima Phœbus,  
 Nec tamen vt laxo præstet iacularier arcu,  
 Discedam, donec poscenti indulseris actum  
 Vesano instinctu furiosum imiteris Orestem,  
 Et quamuis superes clypeo protectus, & ense  
 Cristatum eandem, nunquam impulsore sathana  
 Orestes Flagitium peragi patiar, quin fœdere facto  
 Achilles Atque datis fidei signis, & bile sepulta  
 Misers impunem, ac prono miserebere stratam  
 Euximus Vertice, vel saltim exilio damnaueris vltra  
 Nasonis Peligni hospitium, potior moderata rigore  
 Hospitium Mansuetudo truci, quænam clementia diuis  
 Exosa est superum quænam pietate voluntas  
 Priuatur: roseo nunc fibræ detege vultu,  
 Et profer grato conceptum affamine, lingua

Suavius emittat verbum, cognoscitur omnis  
 Ex sermone suo, procul hinc simulatio planta,  
 Exulet à nobis pernici, nulla loquentem  
 Te mora detineat, noto iam calle remigres  
 Veridicas arces, & castra fidelia veri  
 Extemplo immotus nequam, faciemque Sinonis  
 Per iuri indutus facilis, blandissima ficto  
 Reddidit obductu alloquia, & sic ore profatur.  
 Intrepidus arridens, quanta compressus Erynnæ  
 Et quantos strepitus feruore incensa maligno.  
 Senior exciuit diis fortunantibus ira  
 In volucres fumos sterili dilapsa recessu.  
 Qualiter immixtis nocturno tempore ventis  
 Frigida densatur glacies, quæ Sole tepescit,  
 Protinus exorto in fluidum resoluta liquorem.  
 Eheu quam toto renouatus sanguine, cæcum  
 Ignem disci, Rauco qui afflatus ab Euro  
 Turbida torrenti vrebat præcordia flamma,  
 Nunc habito corpus, perierunt auspice cælo  
 Foeda lues, odium, rixæ, contentio rancor,  
 Insidiæ, rabies, rictus, opprobria, liuor;  
 Subiaceant igitur quæ sunt inducta Typhoeos  
 Ceruici, volitentque leui per inania penna  
 Et migrent celeri cursu, non assonet Echo  
 Illa, sed intentis Narcissum querit ocellis  
 Prætoræamus aquam, veniant mitissima vina  
 Exhilarèsque animos tristes, Leneus amice  
 Comuniunctus Cereri, tremulam decurrat ad Ero  
 Qui vetuit facinus, referat quoque nuncia grata,  
 Scilicet expulso varii merore doloris  
 Letetur, Dulcemque canat Peana, superne  
 Vota creatori fundat, nec sola recuset

Ex sermone co-  
 gnoscitur hō.

Attenda perfi-  
 diam & sub-  
 dola verba do-  
 mini. Aliud. n.  
 dixit & aliud  
 in pectore ge-  
 rens effectit.  
 Comparatio.

Dicit se esse  
 quietum.

Echo  
 Narcissus.

# LEANDER

*Mittitur nunci  
us ad Ero qui  
referret paca  
tum patrem et  
venia conces-  
sam.* Flaccida securo concedere membra sopori  
Ociior accessit volucris emissarius aura.  
Detulit & viridem raram felicitis oliuæ,  
Promittens pacem edixit, iam gaudia melle  
Mixa voluptifico effusi formosa puella  
Dulcoris, penetrent pectus, mediasque medullas.  
Concessit veniam (proclamo oracula Phœbi)  
Fronte parens læta & reparato in præmia vultu,  
Nec gliscit memorare nephas sed radere saxo  
Nigranti, aut tute saltim celare profundis  
Visceribus terræ, veluti laudata coronis  
Cum Iuvene Aemonio cubiisset criminis expertus,  
Quod non Tymbreo enarrabit candidus ales,  
Hactenus est fecisse satis, diuina requiras  
*Persuadet nū  
cius diuinū es  
se auxiliū re-  
quirendum.* Subsidia, & magno præsentis corda tonanti  
Delebit culpam ac domini compestet Erynnim,  
Et subitos motus frenabit (Siccine tantis  
Immoror alloquiis) dum vita reliquerit artus  
Optata humanos, rutilo conuiuere cælo  
Aethereasque habitare domos donabit & astris  
*Ero præsoia  
fati cœpit ex-  
timefcere.* Errare, hæc fatus rediit, Tum præsoia, fati  
Venturi, trepidis cœpit frigesccre venis  
Insolito pulsata metu, tremefacta pauore  
Vegrandi, emittens suspiria multa, querelis  
Desperabatur nullis satiata, parumper  
Viribus interdum assumptis, ad clara leuauit  
Sidera pallentes oculos, & vtrasque tetendit  
Robore foemineo palmas, quæ pressus orsa  
*Oratio Erus  
ad Deum.* Talibus orauit, Pater ô suprema potestas  
Vniuersi orbis, cunctarum maxima rerum  
Causa, viros proprio nutu quosunque gubernans  
Imperansque ipsis, cui sunt occulta patenti

Lucida conspectu, quem non latuere voluti  
 Fraudibus innumeris sed nec crudelia sæua  
 Lustrantes animo, timide miseresce præcantis,  
 Dilue gratifico commissa piacula liquore.  
 In te sancta manet pietas, tu portus, & aura.  
 Lapsorum, cognosce tuam, me poenitet acti  
 Erroris, Suppone manum, diuerte furorem  
 Iugiter accensi, atque æstu graviore citati  
 Quæ nosciscis properare gradu, & distringere acutos  
 In nudam gladios, iterum miseresce præcantis,  
 Hoc vnum rogito, tibi inest clementia nexa  
 Inrita perpetuo poteris detergere noxam  
 Pasispharo vicio maiorem, solue reuinctam  
 Omnipotens æternæ Deus, contunde timorem  
 Menti insultantem dubiæ, & funesta parentem  
 Prælia, vt eliciam turbato lumine mortis  
 Signa cruentatæ tristem factura rixam,  
 Quod si contingat leuo sub murmure pressum,  
 Suscipere hanc animam digneris, Denique fessas  
 Postquam meroris terror munimine mentes  
 Sepiit, & quæculo infortunia dicere cantu.  
 Instinxit, Nocuit quantumque nocebit Abydos  
 Quam mallem seruasse decus circumdata turre  
 Sestiacæ Danaes vitassem pulchrius aurum,  
 Et non sensissem vafræ popismata lanæ,  
 Obrepfit somnus reliquosque obsedit, & atra  
 Immerfit Lethe tantum vigilante magistro,  
 Quem nusquam Alcyones vicerunt somnia, verum  
 Crudeſcente odio portas confringit, & ense  
 Fulmineum aptauit iugulo stertentis adusque  
 Extremum vitæ afflatum, qui vulnere iacto  
 Cæde quoque impressa (Natum dum fama latebris

Solon respon-  
 dit hominē eti-  
 am cogitantē  
 deos nō latere

Cōfessio Erus.

Clemēs Deus  
 & misericors

Sinthereſis  
 Erus.

Sopor Erus  
 infœlix.

Eiusdē misera-  
 bilis exitus.

## LEANDER

|                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Homicidæ<br>fuga.                                  | Egressa ignotis genitorem vindice telo<br>Confodisse suam vulgavit, mestior atro<br>Percitus horrore, ac trepidantis more nocentis,<br>Consciis ipse sui nymbose cacumina montis<br>Caucasei petit, latitaret tutius, & ne<br>Forte tenebroso detentus carcere, vitam<br>Cum gazis domibusque altis deperderet, ergo |
|                                                    | Iustitiæ<br>aduentus. Irruit astreæ circumflua turba minacis<br>Lesuram inquirens, & facta indagine veri<br>Sumptibus acceptis, damnato authore reatus<br>Siue relegato, positoque cadavere terræ                                                                                                                    |
|                                                    | Eiusdem de-<br>cretum. Effuso tumulto. Decernens cætera Iudex.<br>Applicuit fisco, Tandem populante per artus<br>Igne repercussos, gratam furibundus Abydon                                                                                                                                                          |
|                                                    | Stimulatur Le-<br>ander amicâ<br>inuisera. Linquere amans statuit contactus ymagine amicæ<br>Et iam sideream primo monstrauerat ortu.<br>Splendescens aurora iubar, cum littora fixit<br>Prospiciens oculis, magno clamore peregit<br>Conceptus mœstos, famas Neptune præcanti                                       |
| Deprecatio<br>Leandri ad<br>Neptunum et<br>Tethim. | Et faciles cursus tribuas, tuque optima Tethys,<br>Sat vestra est rescita Venus, perpenditis ambo<br>Qualibus vratur prunis muliebris amator<br>Et quibus ardescat flammis, compescite ventis                                                                                                                        |
|                                                    | Obstantes votis, truculentior Aeolus vndas<br>Non habet imperio, Boream regat ille furentem<br>Atque Eurum immitem, vos æquora lata benigno<br>Placate, & tumidas Tritone fugate procellas,<br>Ethereasque atro discindite pulvere nubes,                                                                            |
|                                                    | Amor.<br>Leandri. Iam spectare facem signata credito ab arce<br>Plus solito ardenti fulgentem lumine, tantum<br>Protelasse piget, charam stringentibus vlnis<br>Debueram tentasse quater, reparasse duellum.                                                                                                         |
|                                                    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |

Optato insultu, & retinentibus oscula labris  
 Insignique thoro partos retulisse triumphos,  
 Explico vela citus fragili pendencia classe  
 Corporeæ molis, Zephyrus quam ducat amæno  
 Afflatu, & placidos faciat contingere portus  
 Nauigat, erumpunt reserato carcere pulsi  
 Et Notus, & Corus, nec defuit omnia turbans  
 Circius hinc flictu cælestia tecta tremendo  
 Concussit luno, & gelidos thaumantias imbres  
 Effudit, crepitans nimboso turbine grando  
 Conuoluit fluctus agitataque terga cruentis  
 Ictibus oppressi nautæ detruunt, amaro  
 Protinus erubuit stupefactus frigore obortos,  
 Et tempestates exhorruit, omnia quanuis  
 Hellepontiacæ scopulosa pericla fuisset  
 Doridis expertus, semper seruaret & astra.  
 Presago visu, & nandi fœlicibus auris  
 Tempora conuiceret, nunquam excessisse virentes  
 Propositis cupiens ripas mentalibus, alta  
 At vero vacuis conceptibus vnda repugnat  
 Spumiuago concretu salo, fremebunda marinis  
 Rictibus, ecce necis contemptor radere tentat  
 Et vastos sulcare sinus molimine magno,  
 Ut si implacata dilapsus forte Charibdi  
 Illa illa toties illa potiatur & illo  
 Amplexu, cuius liquor est mellitior illa  
 Ambrosia, cuius fructus præciosior auro,  
 Aut si forte mori contingat sidere iniquo  
 Has saltem lauros referat, quod cæsus in armis  
 Idaliis vicit, tum sit victoria victis  
 Sollicitata Venus, tenebroso fulmina missa.  
 Aethere plus æquo pauidum incussere tremorem

Se credit ma-  
 ri Leander.

Impediunt ven-  
 ti Leandrum.

Horrida  
 Tempestas.

Visa tempesta-  
 te horrescit  
 Leander.

Spes Leanderi.

Victoria Le-  
 dri existimata.

## LEANDER

Deficiant nerui consumpto robore, fluctus  
 Voluitur arbitrio insani, qui gutture presso  
 Submersio ipsi Ter sese attollens submergitur æquore vastor.  
 us Leandri. Concludam paucis, intende sequentia lector,  
 Narratorum Virtutis venerandus amor, spernenda voluptas  
 conclusio. Insane veneris, nunquam findendus atroci  
 Humanus sanguis gladio, tentanda periculis  
 Sæpius & non est dubiis fortuna, furenti  
 Nec considendum Pelagoque Marique, sinister  
 Quandoquidem euentus succedat, fure thalia  
 Diripiuntur opes, corpus miserabile busto  
 Conditur exili, fugit alter, & alter aquosis  
 Fluctibus oppetit, sic fors asperrima techmas  
 Difficiles nimium solitis excudit in antris

## SYLVA SECVNDA cui titulus est Busiris.

Ex qua elicitur fontes non effugere supplicium.

Dum noua purpureos repararet flora colores,  
 Et vario cultas operiret gramine terras  
 A Cronogra Scilicet Orchamidos iucundus Apollo cubili  
 phia exordiū. Aurato egressus, radiantia lumina spargit,  
 Excitat & gratam faciles emittere cantus,  
 Athida posthabitam therei damnable crimen,  
 Forte sua exierat nullis comitantibus vrbe,  
 Sanguineus rigidum & Busiris liquerat ensem.  
 Busiris cam- Hospite mactato, florentes visere campos  
 pos adiit. Cui placuit, summoque auium exaudire querelas.  
 Affectu libuit, Curas expelleret omneis,  
 Intima multiungo reserantes pectora morsu.  
 Busiridis som- Protinus effuso rapiuntur fessa sopore  
 nus. Membra, velut cupida exhaustisset fauce papauer,  
 Contigit annosam iuxta considere quercum,  
 Decliuā borrificos minitantem vertice casus.

Qui tanquam exanimis stratus suspiria nulla.  
 Primo emittebat somno, At vergentibus horis  
 Celata serpente via tacitoque meatu.  
 Per domitum corpus flatu resonabat oborto,  
 Et fremitu magne terram quatiebat ab oris  
 Qualiter Aeolius ventens innummurat alto  
 Vulturinus strepitu, arboreas spiramine forti  
 Euellitque comas, Et cuncta animantia terret.  
 Astitit æthereo demissus ab axe Serampis,  
 Affatusque illum veraci nunciat ore  
 Exitium, nisi præcipiti vltro tendere cursu.  
 Festinet, placidamque alto captare quietem  
 Sollicitet, tenuis prædulcia munera vitæ  
 Conseruaturus, qui viso numine, coram  
 Surrexit trepidus, mortisque sub obice tutum  
 Accelerauit iter, tantis quoque viribus auxit  
 Suffugium arreptum, gradientem forte trinodi  
 Instructum Alcidem claua præuenterit, Et quem  
 Antiquæ impulerit defigere dura parenti  
 Oscula (profuso in lætissima gaudia nuncio,  
 Occursus mirante datos, Et mota potenter  
 Corpora) cum primum Borea stridente per auras  
 Terribili sonitu magno ruit impete quercus,  
 Torta soporatum merito interitura tyrannum  
 Funere, quod postquam pacatus nouit aperto  
 Lumine, cornigerum ardentes libauit ad aras  
 Et fulgente alto per lucida sidera Phœbo  
 Aurea supremo persoluit munera patri  
 Votiuasque præces effecit nempe Tonanti  
 Credebat vario irrehitos crimine curæ  
 Esse, licet dudum sententia vera repugnet  
 Qua moniti hunc iusto perfringere cuncta nocentum

Comparatio.

Serapis ad Bu-  
sridem ut au-  
fugeret.

Occursus Busi-  
ridis Et Her-  
culis.

Decidit quer-  
cus.

Sacrificium  
Busiridis.

Peccatorum  
cornua cōfrin-

git dominus.

# BUSIRIS

**Serapis reuelatio.** Corma iudicii cognouimus, & sua cuique  
 Reddere, tunc imo exultantem corde minister  
 Aggreditur primus, retulit, cui talia voce  
 Stentoria, ipse reis maculatio omnibus, eho,  
**Eiusdē serapis reprehensio.** Quid tanto miser immensæ deducere ausa  
 Gloriæ? vt æternum rectorem posse moueri  
 Munere iniquorum reputes, quid stringeris æstu  
 Letitiæ incenso furtim crescentis? amaram  
 Vt vitasse necem speres, iam comprime risum  
 Et memori teneas certissima verba cerebro,  
**Munera tyranni non accipiat Deus.** Quandoquidem altitonans immitis dona tyranni  
 Deneget, & nusquam placeant Busiridis aræ,  
 Ni modo te stigas permisi visere sedes  
 Et gustare trucidis penetrantia toxica Læthi,  
 Tempus enim veniet quo non lætaberis ultra.  
 Audacique animo clamabis ad æthera, diuum  
 Diligere iniustos genitorem, fors mala duos  
 Promittit casus, laqueos & parturit ille,  
 Quos nequeat manibus dissoluere gordius vllis  
 Nam magis horrendæ efflictim seruabere morti  
**Imminet vni cuique periculum hoc quod debet pati.** Fortia fumifero Tyrinthius igue cremabit  
 Corpora, congressus hesterni damna rependens  
 Hic tibi ab æterno dependet numine finis.  
 Quem non forma, ætas, robur, præciosius aurum  
 Et quodcunque bonum naturæ auertere possunt,  
 Protinus in tenuem his dictis euauit auram,  
 Et petit cælos stellantes aliger Hermes.  
 Sic verbis successit atrox euentus, & hora  
 Luctifico referenda die fletuque perenni:  
**Topographia** Dulcifluo exauctus spiramine maximus Athlas  
 Suppositum Heroem toto dimouerat axe  
**Herculis gesta** Amphitrioniadem forti qui impleuerat ausu.

Et licet aduersa duros Iunone labores  
 Ne torpere malo meritos fraudaret honores,  
 Et partum virtute decus conuolueret atra  
 Nube, per immensum nūquam memorabile Olympum  
 Horrenda vita & grauibz sordescere culpis,  
 Famigerante ferum Busirim murmure tristi  
 ( Libera tanto esset tellus ægyptia monstro )  
 Certus adit Thebas quanquam sit splendida portis  
 Vrbs ea centenis, populoque referta feroci,  
 Hic vbi rex posito insidiarum compede, postquam  
 Tentasset Lybias natum Ioue perdere, tandem  
 Detecta fraude impositum flagrantibus aris  
 Supplicheque alloquio veniam & præsentia fata  
 Multum exorantem gladio traiecit acuto,  
 Et mediis ardere rogis gaudis adustis  
 Ossibus, aerias cinerem dispersit in auras  
 Condendum tumulo elato, qui talibus vsus  
 Impiger, his saltem exuiis placabitur almus  
 Iuppiter, & vatis poenas expertus amaras  
 Sacrilegus nullis humanior, acrior ipsa  
 Tigride, facundos imbres det vindice flamma.

Ipsius intetio.

Herculis ad  
 Thebas helio-  
 polim aduētus  
 Simili perfidia  
 qua plures per  
 didit Busiris  
 Hercule perde  
 re tentauit.  
 Busiridis mors

Trasius confi  
 lii poenas ex-  
 pertus est, &  
 Busiris easdē  
 subiuit.

### SYLVA TERTIA CUI TITV-

lus est POLICRATES Ex qua cognosci  
 tur ante obitum neminem dici posse felicem.

Musa refer miseros fortunæ erratilis actus,  
 Atque truces obitus leuiori carmine pande.  
 Hæc est quæ humanos violento conrotat ausu.  
 Omnia pro voto efficiens, & cuncta gubernans,  
 Hactenus in promptu verum perpenditur, illa  
 Lubrica stare nequit, nulla quoque lege mouetur  
 Ac ratione caret, cuius qui rethia vitet

Varia res est.  
 & erratilis  
 fortuna.  
 Fortunæ de-  
 scriptio.

# POLICRATES

Nemo erit, æstatis nam perfida decipit hamis  
 Mellea que infesto circumlita munera virus,  
 Concedit subito, & lætos largitur honores,  
 Et modo diuitias intenso porrigit haustu.  
 Prodiga Vech celeri fallax detrudit ad ima.  
 Innocuos lapsu siquidem sententia certa est.  
 Plures mali Dum maiore numas lucet superare Neronem  
 quam boni. Funeſtos numero, & protendere ſigna per orbem  
 Condoleo, ſubitusque meos furor impetit artus  
 Quod magis iniuſtos foueat temeraria, quodque  
 Cæca præmat iuſtos, & vindice deſtruat ira.  
 Fortuna fauē Ecce fauet blando tibi nunc mitiſſima vultu.  
 te omneis aſpi Fortuna es cunctis acceptus, nonne præcantem  
 rant. Auſcultant facile Primates, ocius iſta  
 Mutauit faciem, quæ te vocitabit amicum  
 Aut factò oſtendet, ceu ſit laudatus Oreſtes  
 Ceu ſit Pirithous, ceu ſit quem vexat inanis  
 Pauertas, criſpa ingeminabit nare cachinnos  
 Narratio hi- Tranſgredior limen, cæptos age perſice curſus  
 ſtorie. Deducta aoniis in noſtra habitacula theatris,  
 Vir fuit in ſamiis quondam foelicior oris  
 Fortunatorum ſpeculum qui plurima ſignans  
 Crates Theba Philoſophi proprium Thebani nomen habebat.  
 mus phūs. Diues opum, faſtu elatus, terris que ſuperbus,  
 Superbia Po- Nec minus eximia natorum prole tumefcens,  
 licratis. Imperitans minimis, Deus alter, cogere montes  
 Ex auro cupiens, qui ſecum talia voluit  
 Subiiciat ne vni ne vnus mihi ferrea vincla  
 Mandabit collumque præmet religamine ſtriſto,  
 Cui palmam Nemēſis donabo, nonne ſiniſtri  
 Ingruerit quicquam? tota diuoſcere caſum  
 Mente rei enitar, faciam incredibile multis

Circumseptum auro vesanis nempe Pyropum  
 Littoribus credam, aduersum sensisse benigna  
 Iudicer in vita, & sortes habuisse malignas.  
 Quid statis resides propero certate ministri  
 Cuncta parare gradu, iuuat hinc discedere, & alta  
 Aequora concretis fluitantia visere spumis.  
 Arcanum videam, & secreto pectore tutum  
 Contineam, purgate moras velocior Euro.  
 Spumantem conscendit equum, & per deuia cursus  
 Accelerat, turbæque leues comitantur euntem.  
 Hic prior ante omneis tumidis allabitur undis.  
 Stimulum, & in medios valido conamine fluctus  
 Proiicit, exultausque redit, lautissima caupo  
 Instruit excellens conuiuia, denique iactum  
 Præsentat lapidem, referens in viscere piscis  
 Inuentum, at postquam baccheos ille liquores  
 Largius exhausit princeps, miranda profatur.  
 Decantate viri, socii gaudete potentes,  
 Et quoscunque alios supero foelicibus annis,  
 Innumerus opibus, probitate, insignibus armis,  
 Urbibus, & castris, claris virtutibus, ultra  
 Cæliferos axes rutilantiaque astra locandus.  
 Sed vetat horrendis mors effera cincta pharetris  
 Corporea indutum conscendere sidera mole.  
 En tacitis facienda gero penetralibus, ære  
 Componam tumulum ingenti, gemmisque decoris  
 Ornabo, ut meritis etiam defunctus honorer  
 Cultibus, & superis requiescat sedibus umbra,  
 Interea afflatu tenui morientis ad instar,  
 Suspirans volitat præco, & decumbit in aula  
 Suffulta ingenti populo, paulumque resumptis  
 Viribus exclamat, procures defendite vestros,  
 e.ii.

Policrates an-  
 nulum in mare  
 proiecit. Vt di-  
 ceretur quidpi-  
 am sinistri su-  
 stinuisse.  
 Policrates ad  
 ministros.

Iactus annuli  
 per Policratē.

Cocus Policra-  
 tis inuenit an-  
 nulum in pisce.

Policratis ve-  
 lu oloris catus.

Homo propo-  
 nit, Deus autē  
 disponit.

Præconis ad-  
 uentus ad Po-  
 licratem.

## POLICRATES

Et vestras munit domos, seruate penates,  
 Infensos vestris prohibete à finibus hostes,  
 Oronthes da- Cingite vos telis, enses vibrare, ferocis  
 rii præfectus. Præfectus darii insultans populatur agellos,  
 Incenditque arces, & fortia castra, quid inde?  
 Narrabo oppressus, ferro deuastat & igni  
 Bello nihil mi Omnia, luctificis reboat plangoribus æteher  
 serabilius. Compita que implentur gemitu, violenta mariti  
 Funera collachrymat coniunx, viduata peremptam  
 Deplorat natam, virgo stupratur, iniulta  
 Crimina patrantur, furibundus furta Prociustes  
 Policratis pa- Tristia committit, (breuiter) vis impia regnat.  
 linodia. Protinus audito dominus sermone labascit  
 Pallescens vultu, & trepidanti pectore friget.  
 Nescius an fugiat, vel congregiatur, & optet,  
 Aut saltim iunctis pacem componere dextris  
 Pulchrius est i Nutantem retinent varia argumenta, resultat  
 armis dicede- Attamen hæc ratio seuis decedere in armis.  
 re quam fu- Quam se retropedem manifesto ostendere tergo.  
 gere. Expectet quanuis aliud, credatque potiri  
 Hoste triumphato, & celebres producere lauros  
 Cogitet, ac certo instaret victoria Marte.  
 Et Nemesim ancipitem propriis constringeret vluis.  
 Aliter conti- At voto illusus, pedicasque expertus easdem  
 git Policrati Finit extremos (quando suspensus adhæsit  
 quâ sperauit. Excelsis pinnis) miserando funere flatus.  
 Vnde percussos contingam pollice nervos  
 Obuius exiuit, sonitum dat buccina, grandis  
 Fit clamor, certantque acies. contentio seuit,  
 In manus ventura nephas bellumque cruentum.  
 Ni ducis euicti diram præsentia cladem  
 Pacasset, motosque animos hac peste leuasset.

Quem captum perstravit humi, vinctumque catenis Exitus.  
 Contaxit lictor, colloque immanibus ausis Policratis  
 Aptavit laqueum, & vitam exhalasse coegit

## SYLVA QUARTA CVI TITV-

lus est LAYS. Ex qua perpenduntur imprudentium mulierum vota inania.

Egressus rutilo Cyllenius axe, Tonantis  
 Horrida iussa ferens, nudo truncauerat ense  
 Custodem Inachidos, nec dum Iunonis ob iram  
 Præpetibus pennis ausus cælestia regna  
 Tendere, mutarat battum, dissoluerat arctis  
 Carceribus Martem, religasse Promethea saxo  
 Caucaseo, & puerum infanda genuisse sorore  
 Gaudebat, solum terreno letus amore,  
 Non ideo lætus memorans quod sede paterna  
 Iam priuaretur, velox sed ut ante solebat  
 Forsitan æthereos orbes Iunone quæta  
 Et miti peteret, ceu forte extruderet imis  
 Cordibus inductam sumpta ratione Phrenesim,  
 Præcipiti gressu migrarat ad alta corinthis  
 Atria præsertim formosæ Laydos ædes  
 Tedia adempturus, nec non visurus amicæ  
 Illecebras, gestusque novos, oculosque procaces  
 Diuina humano celarat numina vultu:  
 Constitit antefores palmisque excussit apertis  
 Hostia, mox facto Thais blandissima pulsu  
 Laydis unanimi nuper consortia voto  
 Nacta, suo nato elingui decorata, repente  
 Accessit subiti tactus causamque rogata  
 Edixit præbere aditum si lucra referrat  
 Aurea, si nullis onerentur brachia nummis

Attende quæ  
 fecit in terris  
 Mercurius.

Mercurii ad  
 Corinthum ap-  
 pulsus.

Mercurius hu-  
 manâ effigiem  
 assumpsit,

Thais.  
 Lays.

## L A Y S

|                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |
|------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
|                  | Et vacuata manus nullo circumsonet ære<br>Clauderet introitum veluti sat notior esset<br>Non defraudato vulgata paroemia sensu.                                                                                                                                                                                                  |
| Admittitur di    | Valua patet Crespo vilique occluditur iro                                                                                                                                                                                                                                                                                        |
| ues, eicitur.    | Postremum reticente Deo, portisque reclusis                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
| pauperculus.     | Intrauere domum, qualem vix repperit vquam                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
| Spolia.          | Mercurius vario conspersam sanguine, multis                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
| Laydis.          | Oppletum spoliis victorum, in limine primo<br>Pendebant vestes auratæ, fulgida palla,<br>Atque ostrina chlamis, stola candida, facta labore<br>Ornamenta acri, Torquata monilia, gemmæ,<br>Splendescens Adamas, etiam carbunculus ardens,<br>In medio tecti, Galeæ, thoraxque fidelis,<br>Armillæque leues, enses & tela virorum |
| Lays ad Mer      | Postibus in duris, Cibeles lymphatica potu                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
| curium.)         | Illicet insano, Lays sic ore loquuta est<br>Singula nonne vides obiecta insignia menti?<br>Plurima captiore, paucis contentus adesto<br>Aut nummos tribuas, aut vento terga fugaci<br>Vilia condones, placuit tumefacta crumena                                                                                                  |
| Habundate pe     | Et pulchro exornata auro prolongat in horas                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
| cunia omnia      | Gaudia præsentis præsentibus aucta talentis.                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
| leta sunt, desi- | Quod si nil habeas furus maculata tenebris,                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
| ciente vero tri  | Tecta replebuntur nullo circumflua risu.                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
| stitia.          | Sed tristi merore graues plangemus, habunde<br>Vt tibi narratu intentum breuiore lique scat,<br>Neve moratiore in scopulo frustremur hiantes                                                                                                                                                                                     |
| Spes pascit va   | Longævis spebus (quæ hominum fidutia vana est)                                                                                                                                                                                                                                                                                   |
| nos mortaliu.    | Nostri coronato frigescent limina Codro<br>Diuitibus manifesta sacris, tunc talibus egit<br>Motus Atlantiades. O pectora cæca, quid atro<br>meretrices. Vestra inuoluuntur fuscamine lumina passim?                                                                                                                              |

Quid caligantur tantis erroribus illam  
 Obiice detecto fas sit dignoscere lucem.  
 Quam cognoscentes nequaquam emittere dura  
 Colloquia, & rabidas voces effundere saue.  
 Deceatretis furioso gutture, verum  
 Omnia aperta mihi gremio detrudere, ouantes  
 Exultaretis domibus cum corpore & ipso.  
 Ac porrecta anima, vita, totisque medullis,  
 Cernitis ecce deum, permittite sedibus vti  
 Secretis, volucris nec gratia facta peribit  
 Decessu, vanusque labor iactabitur auris  
 Sed conseruantur venturum præmia in æuum  
 Accessu bene grata suo, Nemesisque propinqua  
 Expetite, optatos Neutiquam longa retardent  
 Tempora successus, Superest nisi quæque præcari  
 Euentus habitura bonos portusque salubres,  
 Tunc cæcidere duæ, & lapsum reparare, reflexo  
 Curauere gemit, tensisque ad sidera palmis  
 Talibus orarunt, veniam concede misellis,  
 Et parce insulsis, diuina capefcere nostrum  
 Non valet ingenium, motos compefce tumultus,  
 Motibus & pressis, muliebres despice rictus,  
 Fæmina quid nouit præterquam opprobria? tuti  
 Expers consilii, viciorum causa, venenum  
 Aspidis, appendet tibi laus ignoscere prauis  
 Et iusto euictis certamine, pone furorem,  
 Vefanumque odium, maturos sistere passus  
 Digneris, teque aspectu ne subtrahere nostro  
 Si male sana famas, & languida corpora vexet  
 Dira sitis Dapibus ventrem satiabis amænis,  
 Et Baccho veteri irrorabis guttura sicca.  
 Aut si tranquilla tentet refouere quiete

Manifestat se  
 Deū esse. Mer-  
 curius.

Promissio  
 Mercurii.

Verba mericū  
 veniam peten-  
 tium,

Theſaurus ma-  
 lorum mala  
 mulier.  
 Blanda loquū-  
 tur meretrices  
 quæ crediderit  
 deceptoribus  
 crediderit.

# LAYS.

Membra sopor, siquidem thalamus defessa tenebit  
 Sardanapaliacus, dictis caducifer audit  
 Visus est man Fronte serenata, visusque accumbere mense  
 ducare & bi- Deglubit summa placidissima munera fauce,  
 bere Mercu- Et bacchi, & cereris pariter lucentibus astris  
 rius. Depulso Phœbo iucunda stertere nocte  
 Cronographia. Creditus indulgit somno, Tum splendida bigis  
 Aurora aurifluis solem fulgescere cælo  
 Præuia compulerat, dum egressum præparat hospes  
 Conueniant ambæ, & facto sermone tremiscens  
 Ne causa emergente neget meminisse datorum.  
 Petitiones me Altera auct videat festino tempore natum  
 retricum. Barbatum, præcibusque exardens altera quærit  
 Tangentem sequier dextra contactu potenti  
 Annuit interpres superum, tandem euolat, intro  
 Et Meca & meretrix redeunt, mirabile visu  
 Effectus est - Vagit & ora mouet resonis clamoribus infans  
 infans Thai- Barbatum, cuniqué id querulo pulcherrima Lays  
 dis barbatus. Irridet labro, validoque canore remugit  
 Impleuit nares præter spem foetidus humor  
 Mungere quæ cupiens tutoque abstergere vultu  
 Lays nasum Illapsum mucum, grandi intercepta dolore  
 protraxit. Protraxit nasum apprehensum, quotiesque trahebat  
 Sæpius vsu ve Tendeat toties iteratis tractibus auctum  
 nire solet vt Poneret in giros, conuiciaque aspera pulso  
 quæ alium ride Et Sannas sociæ illusc rancore moueret,  
 re intendat Ri Sic ridens aliam magno ridenda cachinno  
 sui patefcatur Extitit, hinc risu immodico crepuere phalanges  
 Subsanctetur. Factum admirantes & vota inopina rogantum,

FINIS.

FORTVNÆ DOMITRIX FORTES  
 LEVAT INCLITA VIRTUS







